



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



CONFINED

Eduard Fraenkel

ASHMOLEAN LIBRARY
OXFORD

—
Ex Libris

EDUARD FRAENKEL

Corpus Christi Professor of Latin, 1935-53

—
1970



303647352X

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNUM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMI V PARS PRIOR

IORDANIS ROMANA ET GETICA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCLXXXII

IORDANIS
ROMANA ET GETICA

RECENSUIT

THEODORVS MOMMSEN

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCLXXXII





Nomen auctoris Iordanes fuit, nam ita eum appellat et codicum familia primaria¹⁾ Auctoris nomen et condicio et qui solus ex auctoribus antiquioribus eum adlegat geographus Ravennas: posteriorum enim scriptorum testimonio ex iis ipsis quos habemus libris similibusve pendentium non utimur²⁾. neque rarum ea aetate id nomen fuit: nam ita nominantur et consul ordinarius a. 470³⁾ et alii quidam, quorum tituli Christiani⁴⁾ actave ecclesiastica⁵⁾ nomen servaverunt. Iordanes dicitur in codicum familia secunda (p. 53 inser. et p. 126, 24), sed ut huius quoque antiquissimus testis epitome Middlehillensis (S) cum classibus codicum duabus aliis stet, nec recte mendo ex librorum incuria orto Iacobi Grimmii⁶⁾

1) Habent p. 126, 24 *Iordanis* HP, *Jordanis* deteriores casu primo; *Jordanis* casu secundo in inscriptione Romanorum p. 1, 1 et Geticorum p. 53 et in horum subscriptione quicumque nomen habent melioris familiae libri. auctor ut *Jordanes* appelletur, requirit grammatica; *Jordanis* tamen et hic in libris est et similiter scribitur ibi *Heraclis*, *Epifanis* et sic porro cum itacismo tum ut vulgari, ita non recepto: immo constat ea aetate utrumque in usu fuisse. ita tegulae extant C. I. L. X, 8045, 14 inscriptae *vir excellentissimus Narsis fecit*, cum *Narses* sit in titulo pontis urbani ib. vol. VI n. 1199; similiter alternant *Iohannes* et *Iohannis* aliaque vocabula (v. Schuchardt, *Vokalismus des Vulgärlateins* 1, 229. 3, 112). itaque cum vel eo tempore litteris aliquatenus imbuti veram formam retinuerint corrupta reiecta, non perspicio, cur barbarismo non recepta auctoritate firmato nostrum sermonem sine ulla utilitate exornemus.

2) Medii aevi auctoribus non innotuit nisi sub nomine Iordanis, nimirum Widukindo (l. 1 c. 18 M. G. SS. 3, 425), Herigero Lobienzi, Hermann Contracto Augiensi, Mariano, Ekkehardo, Bernoldo, Sigeberto, Hugoni Flaviniacensi (cf. Mon. Germ. SS. VIII p. 313 not. c*, item p. 315), Godefredo Viterbiensi.

3) Rettulerunt de eo filio Iohannis Vandali Iohannes Antiochenus fr. 206. 208 (4 p. 616. 617 Muell.) et Theophanes I p. 160 ed. Bonn., nec fortasse diversus est Iordanes is cuius meminit Constantinus Porphyrogenetus de them. p. 15 Bonn., cum et ipse appelletur magister militum per Orientem.

4) Mur. 1972, 10: *hic positus est Iordanis*.

5) Vide infra p. XIII. extat item Nili auctoris saec. IV epistula (3, 127 ed. Leonis Allatii Romae 1668) nscripta Ἰορδάνη διακόνη.

6) *Abhandlungen der Berl. Akademie* 1846 p. 1—59 = *kleine Schriften* 3, 171—235. *Diphthonge nach weggefullenen Consonanten* (acta acad. Berol. a. 1845) p. 231.

doctrina cum Germanico veriloquio veri speciem aliquam vindicavit. patrem Iordanes habuit, si vera lectio est G. 50, 266, Alanoviamthem, avum Pariam notarium Candacis eius. qui Sciros Sadagariosque Alanorumque quosdam in Scythiam minorem et Moesiam inferiorem duxit: ipse 'quamvis agrammatus' ut ait homo non sine causa modestus, item notarius fuit apud Candacis sororis filium Gunthigem sive Bazam. Gunthigis filius Andagis eius qui a. 451 in campis Catalaunicis sub Attila militans Theoderidum regem Vesegotharum interemit (G. 40, 209), nepos Andelae, de prosapia Amalorum, apud Romanos magistri militum officium sustinuit, per Thracias fortasse, ut similiter Gildo principis Maurorum filius comes primum, deinde magister militum per Africam factus est. ex patroni loco etiam de Iordanis condicione coniectura capienda est. notarii enim munus cum aliquando apud privatos servile⁷⁾, in re militari gregalium⁸⁾ fuisset, labente aetate qui eo fungebantur apud imperatores et magistratus maiores non ultimum locum inter officiales tenebant: ita noti sunt imperatorum 'tribuni et 'notarii', item 'tribuni et notarii praetoriani', nempe praefectorum praetorio, cum ordinum inferiorum notarii magis utantur vocabulo exceptorum. reges autem gentium barbararum et ipsi mature eiusmodi notarios adsciverunt: ita regum Vandalorum notarii passim nominantur⁹⁾, idemque de Attila efficitur ex Anonymo Valesiano c. 38: 'Orestes Pannonius eo tempore, quando Attila in Italiam venit, se illi iunxit et eius 'notarius factus fuerat: unde profecit et usque ad patriciatus dignitatem pervenit'. idem Prisco quoque (fr. 8 p. 78 Muell.) dicitur Attilae ὀπάων καὶ ὑπογραφεύς. similes igitur notarios tam Candac habuit dux et fortasse rex Alanus, quam Gunthigis ex regio genere Gothorum oriundus et ad magisterium militum, per Thracias fortasse, ut supra diximus, promotus. non infima igitur condicione in saeculo Iordanes usus est eoque magis insigni, quod quodammodo ei hereditaria fuit.

origo Cuius nationis Paria eiusque filius et nepos fuerint, ex supra dictis non efficitur: certe Alanum eum fuisse neque inde tuto colligitur, quod apud ducem Alanorum officium administravit, neque ex eo quod, in domini honorem fortasse, filio nomen imposuit cum Alanorum vocabulo nescio quomodo compositum. itaque cum Iordanes ipse dicat in epilogo ex Gothorum gente originem se trahere, id quominus vere dixerit nihil obstat. sed fortasse paullo aliter res explicanda est. eo ipso loco, quo suam originem Iordanes enarrat, item sic scribit: 'Sauromatae, quos Sarmatas dicimus, et 'Cemandri et quidam ex Hunnis parte Illyrici ad Castramartenam urbem' — oppidum intellegitur Castra Martis Daciae ripensis — 'sedes sibi datas coluerunt: ex quo genere fuit Blivila dux Pentapolitanus' (scilicet Pentapoleos in Africa Cod. Iust. 12, 59, 3, Procop. bell. Vand. 2, 21) 'eiusque germanus Froila et nostri temporis Bessa patri-

7) Scaevola (Dig. 40, 41, 3) ex testamento affert fideicommissariam libertatem Sticho 'notario' datam; Paulus (Dig. 29, 1, 40 pr.) casum refert eius qui 'notario suo' testamentum dicitur, defunctus deinde antequam litteris id perscriberetur. 'Ser(vus) not(arius) et act(or)' est in titulo urbano vol. VI n. 9130, 'notarius' domini cuiusdam in altero n. 9705; duoviri cuiusdam Teanensis 'alumnus et n(ot)arius' servus fortasse et ipse in titulo C. I. L. X, 4789.

8) 'Notarius legati' est in titulo Lambaesito C. I. L. vol. VIII n. 2755. cf. Cauer eph. epigraph. 4 p. 432 sq.

9) Dahn, *Könige der Germanen* 1, 221. sub Odoacro 'Marcianus r(ir) e(gregius) notarius regni' eius nominatur in papyro Mariniana n. 82.

'cius'. horum duo primi quod sciam praeterea non commemorantur: Bessae autem inter insignes duces aetatis Iustinianae passim meminerunt Procopius et Agathias eumque ille (Goth. 4, 11) dicit a. 551 maiorem fuisse septuagenario, hic (3, 2) postremo eius meminit referens de exilio eius a. 554, ut tempora quoque recte conveniant. iam de origine eius sic scribit Procopius (bell. Goth. 1, 16; similiter bell. Pers. 1, 8): οὗτος Γότθος μὲν ἦν γένος τῶν ἐκ παλαιοῦ ἐν Θράκῃ φηκμένων, Θεοδορίῳ τε οὐκ ἐπισπομένων, ἦνίκα ἐνθὲνδε ἐς Ἰταλίαν ἐπῆγε τὸν Γότθων λεών¹⁰). Bessa igitur teste Iordane in tali re sane locuplete ex Sarmatis illis Cemandrisve Hunnisve oriundus in Dacia ripensi sedes habentibus cum nihilominus Gothus habitus sit, scilicet ex Gothis Moesiaticis non profectis in Italiam cum Theoderico, id ipsum recte transferemus etiam ad populos Candaci parentes 'Sciros Sadagirios certosque Alanos', ut qui licet stirpis fortasse diversae Gothorum nomen et Gothica studia et ipsi adsciverint. omnino aut valde fallor aut toto loco 50, 265 — 51, 267 qui enumerantur populi in Dacia ripensi, Thracia, Moesia', Scythia minore constituti, id est praeter supra dictos et Gothos qui dicuntur minores etiam Rugi quidam, extra patriam Gothos magis quam sui quisque populi se esse adserebant, et ita Iordanes cum Gothum se ferat, nequam Alanum se esse negat¹¹). et vere deprehendimus apud Iordanem studia duplicia, altera nationis Gothorum, cuius laudes et cum iis coniunctas fraudes probabile est non ipsum excogitavisse, sed mutuatum esse ab auctore Cassiodorio, altera ipsi propria, explicanda ex iis quae eum de se narrare vidimus.

Cassiodorii de rebus Gothorum libros cum Iordanes in Geticis suis in compendium redegerit, vitia auctoris Iordanianis quoque insideant. necesse est, scilicet et levitas summa, ne quid gravius dicam, et laudis Gothorum ultra iustum modum augendae studium. illius inter alia documentum est, quod in tripartita historia (9, 30) legem codicis Theodosiani (9, 40, 13) anno 382 a Gratiano latam non dubitavit subscriptione omissa ita describere, ut anni 390 fieret, quo post Gratianum regnabat Valentinianus II. idem auctor natione Romanus, sed studia Gothica fortasse ob id ipsum exaggerans et totus imbutus disciplina Theodericiana, quomodo tradita sibi Gothorum causa immutavit, in chronicis, cum auctorem eius Prosperum habeamus, tamquam manu tangitur. sed Amalorum laudes et 'Gothici sanguinis nobilitatem' (c. 44, 233) et reliqua partium Gothicarum vestigia ex Cassiodorianis ad Getica haec propagata ut persequamur in universum opus non est. placet unum addere, quod tetigit quidem Papencordtius in libro de Vandalis p. 383 sq., sed ut aliqua retractatione indigere videatur, dico obtrectationem auctoris in Vandalos per totum librum spirantem. nam non solum post relictam Scandinaviam quos primos Gothi vincunt, Vandali sunt (c. 4, 26), sed postea quoque universa historia nationis Vandalicae apud Iordanem eo redit, quod, ut ait c. 16, 89, 'sub (Gothi) dextera saepe Vandalus iacuit'. ita Vandali a Gothis victi ex antiqua Dacia in Pannoniam transmigrant dedentes se imperatori Constantino (c. 22). ita deinde narratione et ad tempora et ad rerum causas aliaque omnia (v. Papencordt

Studia Gothica
auctoris Cassio-
doriani

10) Etiam secundum Iordanem c. 57, 292 Theodericus omnes Gothos in Italiam duxit 'qui tamen ei 'consensum praebuerunt'.

11) Cf. Iac. Grimm *kleine Schriften* 3, 176.

I. c.) pessime perturbata Vandali dicuntur concitante Stilichone (c. 22, 115), sed item metu Gothorum (c. 31, 161) a. 406 ex Pannonia in Gallias transiisse, mox a. 409 ob eandem causam in Hispanias sese recepisse (c. 31, 162): quo cum Gothi eos persecuti essent, saepe victos (c. 31, 163) et in Callaeciam reiectos (c. 32, 166) postremum in Africam abiisse (c. 33, 167) nec nisi interveniente Alarico Gothos impeditos esse, quominus etiam in Africam eos persequerentur (c. 33, 173). Gizericus deinde conditor regni Africani cum acerba obiurgatione depingitur (c. 33, 168), quamquam additur successores eius per multos annos regnum feliciter possedissee. nec causa latet. inter duos populos licet proxime coniunctos odia vetusta quae videntur fuisse¹², ne eo quidem tempore plane sopita sunt, quo regnavit Thrasamundus affinis et amicus regis Theoderici: certe et in Ennodii panegyrico¹³ hostilis in Vandalos animus multo evidentius apparet quam affinitatis gratia et in ipsius Cassiodorii Thrasamundo vivo editis chronicis brevibus licet et exilibus nescio quae exacerbatio peculiaris inest adversus Vandalos bis testata, primum ad a. 427¹⁴, ubi quasi germen deprehenditur victoriarum supra relatarum ficticiarum, deinde ad a. 491: 'Vandali pace suppliciter postulata a Siciliae solita depraedatione recedunt'. iam vero historiam Gothicam cum Cassiodorius scripserit proximis post obitum Theoderici († 526) annis, tum cum obitum Thrasamundi († 523) secuta esset caedes Amalafriadae uxoris eius sororisque Theoderici et exorta discordia inter Gothos et Vandalos ea, quae utriusque regni ruinae primaria causa evasit, non mirum est et antiqua odia et nova ita apud rerum Gothicarum scriptorem erumpere, ut vel apud Iordanem ubivis deprehendantur.

Iordanis subditus imperii Orientis

Sed ut studia Gothica Cassiodoriana passim apud Iordanem agnoscuntur, ita spiritus ipsius quoque scriptoris item vestigia libello impresserunt. foederatorum institutum diu proprie Gothicum, scilicet ut imperio Romano milites ab ea natione ex pacto praestarentur stipendio iusto remunerandi¹⁵, si Iordanem audimus, tamquam cardo est rerum tam Gothicarum quam imperii Orientis. id quod maxime elucet ex vetustatis colore ficticio quo adornatur. nam secundum hunc auctorem propter stipendia non ut oportebat Gothis soluta et bellum Dacicum Domitiani exarsit (c. 13, 76) et bellum Gothicum quo periit Decius (c. 16, 89), et suscepta est expeditio Alarici (c. 29, 146); similemque ob causam bellum quoque coepit inter Aetium et Vesegothas (c. 34, 176). Gothi hi foederati intra limites Romanos recepti ipsi sunt Gothi Moesiam et Thracias habitantes ii de quibus supra exposuimus et ex quibus Iordanem vidimus oriundum

12) Cf. Olympiodorus fr. 29 4 p. 64 Muell.: οἱ Ὀβάνδαλοι τοὺς Γότθους Τροῦλους καλοῦσι διὰ τὸ λιμῶν πιεζομένους αὐτοὺς τροῦλαν αἴτου παρὰ τῶν Ὀβανδάλων ἀγοράζειν ἐνὸς χρυσίου. ἡ δὲ τροῦλα οὐδὲ τρίτον ξέστου χωρεῖ.

13) C. 13 p. 413 Sirm.: 'quid castigatas Vandalorum ventis parentibus eloquar depraedationes? quibus 'pro annua pensione satis est amicitia tua. evagari ultra possibilitatem nesciunt: duce sapientia affines esse 'meruerunt, quia oboedire non abnuunt'.

14) Vide quae adnotavimus ad c. 32, 166.

15) C. 13, 76. 16, 89. 19, 106. 21, 110 (ubi haec sunt 'solacia'). 111. 112. 29, 145. 29, 146. 34, 176. de ipsis foederatis videantur Orosius 1, 16; Malchus fr. 11 p. 119 Muell.: ἐπὶ Ζήνωνος πρέσβεις ἦλθον ἐκ Θράκης τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὲ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν quaeque dixi ego in Hermae vol. 6 p. 350. hi sunt 'fortissimi Moesii', quorum e stirpe Dorostori Aetius genitum se esse gloriatur (c. 34, 176). — Hos mercennarios quasi intueri nobis videmur, ubi Constantinopolim mirantur (c. 28) et diripiunt quidem urbem Romam et ipsi, sed non inclementer 'ut gentes' (c. 30, 156).

esse, conveniuntque egregie studia Gothica huiusce libelli cum origine eius ex castris Danuvianis. — Cassiodorii sine dubio vestigia legens auctor de summa re publica ita iudicat mundum ab imperatore pendere, imperatoris autem salutem a studiis in eum Gothorum. ita Athaulfus Vesegotharum rex Placidiam Honorii sororem ideo uxorem ducit, ut terrorem inicit adversariis ‘adunata Gothis re publica’ (c. 31, 160). similiter eodemque omnino auctore Iordanes hoc praecipue in Theoderico laudat, quod consentiente et adprobante imperatore Zenone Italia potitus est et, ut ipsius quodammodo verbis utar, sibi confixit, illi vicit (c. 57, 291). id cur factum sit, eo evidentius apparet, quod vere plane aliter res evenerunt: nam Zenon imperator Theodericum non dimisit nisi postquam bis expeditionem contra ipsum rex suscepit et Constantinopolim tantum non expugnavit, vi coactus igitur et maiori malo minus praeferens (vide quae exposui ad nova fragmenta Iohannis Antiocheni Hermae vol. 6 p. 333). at Gothi scriptores litibus et pugnis illis suppressis Theodericum de consilio Zenonis et ei magis quam sibi consulentem narrant Italiam intravisse. eodem animo praemium ab imperatore in Theodericum collatum consulatum ordinarium ‘summum bonum primum—que in mundo decus’ auctor praedicat (c. 57, 289). non aliter ipsum Theodericum Romanorum pariter atque Gothorum regem res narrari voluisse annalium Ravennatum reliquiae luculenter ostendunt, et ut fucati hi colores ipsius regni Theodericiani statum illustrant, ita ne Cassiodorio quidem, nedum Iordani proprii sunt. sed cum narrationem rerum post obitum Theoderici gestarum in neutro opere ex Cassiodorio sumptam esse constet, qui ibi apparent affectus iure ad ipsum Iordanem referentur. quod si qui dicat vere haec referri sine spiritu ullo, non repugno: immo admiratoribus rerum sine ira et studio enarrandarum iure commendabitur belli Gothici extremi relatio Iordaniana. sed de regni Theodericiani excidio qui ei subditus fuit nullus ita referre potuit, ut rettulit Iordanes, potuit Gothus in Moesia Thraciave degens non alienus a gentilitia quadam superbia, sed in hoc bello partes Byzantium secutus. scilicet si eum audimus, cum Theodericus moriens in eadem fidelitate, qua expeditionem in Italiam susceperat, suos ‘principem Orientis placatum semper propitiumque ‘habere iussisset post deum’ (‘terrenum sine dubio deum’ imperatorem appellat c. 28, 143), ii in pace vixerunt tutante illo puerum ‘regnantem et matrem viduam’. at cum Athalarico defuncto mater in tutelam se matrimoniumque Theodahadi dedisset et ab eo vita privata esset, Iustinianus ad ultionem ‘susceptorum suorum’ Belisarium in Italiam misit, eumque iustae poenae fortem executorem tantis laudibus Iordanes extollit, ut prae eo imperatoris quodammodo obliviscatur. haec est narratio qualis publice edebatur Constantinopoli, ut similiter redit apud Marcellinum causa belli publice enuntiata caedes Amalasuethae. recte denique auctor in eo finit, quod ultima Amalae gentis, Theoderici neptis Mathesuentha in domum imperatoriam adsumitur nupta fratris imperatoris filio Germano et ita ‘laudanda progenies laudabiliori principi ‘cessit’ (c. 60, 315). natus ex eo matrimonio patre defuncto filius postumus Germanus ‘coniuncto Amalorum genere cum stirpe Aniciorum spem adhuc utriusque generis ‘domino praestante promittit’ (c. 60, 315). harum rerum Iordanes quodammodo spectator fuit (nam obiit Germanus Serdicae in Dacia mediterranea ibidemque probabile est filium natum esse), et si quid certi in mente habuit de infante eo tempore, quo

IORDANES.

b

scripsit, vix anniculo, potest cogitavisse de successione eius in imperium Romanum manente ita in domo Iustiniani, sed delata simul ad progeniem Amalorum, quo sine dubio maius et felicius nihil accidere potuit homini Gotho addicto imperio Orientis¹⁶⁾. — Vandalis debellatis quod Africa 'in libertatem regni Romani revocata est' (c. 33, 172), redit quidem apud Cassiodorium, apud quem (var. 11, 13) Iustinianum Augustum Roma ita alloquitur: 'si Libya meruit per te recipere libertatem, crudele est me amittere quam semper visa sum possidere', ut Marcellinus quoque scribit ad a. 534: 'provincia Africa . . . volente deo vindicata est', nimirum in libertatem. neque tamen haec ex Cassiodorio Iordanes mutuatus est in historiam Cassiodorianam nequaquam relata, sed utitur uterque coloribus apud Byzantios legitimis, ut Iustinianus edicto a. 534, quo praefecturam praetorii Africanam constituit, ita praefatur (Cod. Iust. 1, 27, 1) contigisse sibi, 'ut Africa per nos tam brevi tempore reciperet libertatem' et a Procopio (b. Goth. 2, 6) Zeno dicitur Theodericum in Italiam misisse, ἐφ' ᾧ ἐλευθέρα τε καὶ βασιλεῖ κατήκοος ἔσται.

Vt Orientis imperii studia apud Iordanem primum locum obtinent, cum Gothica propter ea demum et quodammodo per ea vigeant, sic et res Alanorum ita tractavit et in universa narratione Moesiae et Scythiae regiones ita respexit, ut sine dubio non fecit Cassiodorius.

Favor auctoris
in Alanos

Ad Alanos quod attinet, favor cum inde apparet, quod in unico quem ex corpore vitarum imperatoriarum deprompsit loco G. 15, 83 imperatoris Maximini praeter patrem Gothum etiam matrem Alanam posuit, tum ex comparatione Alanorum et Hunnorum G. 24, 126. 127. c. 43, 226 sq. denique bella a Vesegothis in Gallia et Hispania contra Vandalos et Alanos gesta ad illos solos restrinxit, quos acerbè et inique exagitat, cum ea utrique genti communia essent et ipsius regni Africani reges 'Vandalorum et Alanorum' dicerentur (Victor Vitensis de pers. Vand. 2, 13, 39. 3, 2, 3). Cassiodorius autem etsi Vandalorum odium Iordani praeivit, cur simul de Alanis taceret, causa nulla erat. — In Romanis denique c. 287 mala fraude Alamannis expulsus Alani introducuntur, neque dubium est eo loco vocabulum sua sponte Iordanem mutasse.

Libri scripti in
Moesia

Multo gravius est ad auctorem recte intellegendum et adhibendum, quod maiorum suorum suumque domicilium, id est provincias Romanas duas Scythiam caput habentem Tomos eique conterminam Moesiam inferiorem habentem caput Marcianopolim, ita narrationis cardinem facit, ut quo magis regiones inde distent, eo minorem earum notitiam eum appareat habuisse: quod paullo accuratius persequi oppidis quorum nomen in Geticis ponit expensis non videtur supervacaneum esse. — Ex Asia et Africa Iordanes non nominat nisi pauca et fere vulgaria, Ephesum, Trapezunta (vide infra), Alexandream, ut exceptionem faciant praeter Gangra Paphlagoniae nescio quo casu obiter memorata tantummodo Constantinopoli vicina loca Ilium et Chalcedon, de cuius statu quae proferuntur, testem de visu produunt. Hispaniarum una civitas Barcino comparet, Galliarum paullo plures, scilicet propter regnum Vesegotharum Tolosanum,

16) Quod Schirreno placet p. 90 Italos imperio Orientis addictos Germanum patrem sibi imperatorem Occidentis destinasse et de ea spe morte eius immatura deiectos filium ei substituisse, vix admittet qui intellexerit Iustinianum plane abhorruisse a rei publicae divisione renovanda et Occidentis imperio restituendo. ceterum in futurorum somniis investigandis brevis esse requiro.

Arelate Arverna Aureliana Bituriges Tolosa Vienna, Germaniae unum Mogontiacum, Illyrici occidentalis Vindobona et Salonae. in Italia autem demptis iis locis, quos rerum narratio propter proelia similesque res gestas evitare nullo modo potuit, ut sunt Consentia, Dertona, Forum Iulii, Placentia, Pollentia, Vulsinii, item quorum mentio fit in debellatione Gothorum per Belisarium enarranda Syracusae Regium Neapolis Perusia Ariminum, quae omnia obiter neque ulla explanatione addita memorantur, quinque tantum urbes restant, de quibus paullo accuratius Iordanes scribat, Roma scilicet, deinde Ticinum, sed ut ne hoc quidem Gothorum scriptor enuntiet sedem fuisse regum Gothorum, item Mediolanum 'Liguriae metropolis et quondam regia 'urbs', denique Ravenna regia urbs, ut ait, et Aquileia 'metropolis Venetiarum', harum duarum situm et viciniam pro re diligenter enarrans. quae omnia optime conveniunt Iustiniani subdito homini in Moesia degenti; nam Ravenna non minus quam Constantinopolis sedes imperii fuit, Aquileia autem provinciis illis tamquam porta Italiae. ex Ravennae urbis descriptione si eluceret auctorem eam vidisse; ad Cassiodorium magis id quam ad Iordanem referremus: at tantum abest, ut id eluceat, ut e contrario duo auctores testes citentur earum rerum, in quibus qui Ravennam ipse nosset nullum omnino adhibuisset.

Iam vero ubi nos convertimus ad regiones Danuvianas, scaena mutatur. fluviorum qui nominantur omnium tamquam rex est Danuvius et ut de ipso multa et varia narrantur (cf. praesertim 12, 75. 55, 280), affluentium eius aliorumque huius regionis amnium complurium nomina enuntiantur. ex partibus ea aetate extra imperium Romanum constitutis notitia auctori est aliqua Scythiae, ubi notabile est Var Danapri vocabulum Hunnicum auctori intellectum. praeterea liminis septentrionalis Ponti oppida Graecae originis ad Trapezuntem usque propter id ipsum admissam p. 62, 4. 66, 4 non indiligenter recenset. neque ignotae ei sunt Dacia et Pannonia scilicet quae ita dicebantur aetate antiqua. civitatum autem nominantur Scythiae provinciae Tomi et Noviodunum; Moesiae inferioris Odessus, Marcianopolis, Durostorum, Novae, Nicopolis, Abrittus; origines referuntur Tomorum, Marcianopolis, Nicopolis, ad hanc degentes Gothi pastores accurate describuntur; Durostoro natales Aetii vindicantur loco ab ipso auctore inserto, ut hic scriptorem evidenter appareat in rebus patriis versari. — Similiter tractantur eiusdem dioeceseos, scilicet Thraciarum, provinciae aliae Haemimontus, cuius nominantur Anchialus et Hadrianopolis; Thracia, unde afferuntur Philippopolis et Beroa; Europa, cuius oppidorum Arcadiopolis et Bizye auctor meminit, ut mittamus ipsam Constantinopolim. in his Anchialus maxime celebratur cum origine relata tum laudatis thermis 'inter reliqua totius mundi thermarum innumerabilium 'loca praecipue ad sanitatem infirmorum efficacissimis' (c. 20, 109). denique ex dioecesi Illyrici Thracicae vicina commemorantur in provincia Moesiae inferiori contermina Dacia ripensi Vtus, Almus, Oescus, Castra Martis; in Dacia mediterranea Naissus; in Dardania Castra Herculis; in Moesia superiore Singidunum; in Savia Bassianae et Sirmium; in Macedonia Thessalonica, Cyrrhus, Pella, Europus, Methone, Pydna, Beroea, Dius; in Thessalia Heraclea et Larissa. ulterius non habet nisi Athenarum mentionem exilem. in his primum notabile est quod de Castris Martis supra (p. VI) iam occupavimus: nam tres viros ex ea regione oriundos, in his clarissimum ducem Bessam

sine dubio nominat utpote domestica notitia sibi notos, cum praesertim statim sui ipsius generis enarrationem adiungat. item notabile est ad duo oppida, scilicet ad ipsa illa Castra Martis et ad Naissum, ab auctore adnotari illud in Illyrico situm esse, hoc primum esse in Illyrico: quae oppida cum vere sint in confiniis dioecesium Illyricianae et Thracicae, deprehendimus auctorem in ipsa dioecesi Thraciarum morantem eiusque finium gnarum. denique in Romanarum rerum libello quae habet de his regionibus in provinciarum formam redactis, omnia quidem descripsit ex Rufo et Floro, sed primum cum in reliquis provinciis enarrandis sibi satisfaceret expilato illo, solas Illyricianas bis tractavit et c. 214—221 ad Rufum et c. 241—247 ad Florum, deinde de suo addidit cum c. 217 Daciarum duarum vocabula ripensis et mediterraneae tum c. 221. 283 Philippopolis nomen barbarum Pulpudeua nusquam praeterea memoratum. — Scripsit igitur haec auctor oriundus, ut supra diximus, ex 'Gothis' Moesiaticis, qui cum ante Theodericum in his partibus consedissent, eum in Italiam secuti non sunt, degens in oppido aliquo dioeceseos Thraciarum, puta Tomis vel Marcianopoli vel Anchiali, et ea potissimum selegit, quae Moesiaticum hominem Thracicumve tangerent comprehensa fere inter Sirmium, Larissam Thessaliae, Constantinopolim; nam Chalcedonis commemoratio recte pro Constantinopolitana accipietur. — Cui libellorum origini accommodatum est, quod nationes, quarum incursiones 'quotidianae' auctorem terrent (Rom. extr., Get. 2, 37. 23, 119), Bulgari Venethae Sclaveni Antae ii ipsi sunt, qui ea aetate Moesiam et Thraciam potissimum infestabant, ad quas excursiones mox sermo redibit, cum agetur de tempore quo libri scripti sunt. item accommodatum est summum studium auctoris tam in Germanum quam in Belisarium. Germanus enim Iustiniani fratris filius creatus magister militum per Thraciam has regiones a barbaris liberarat victoria ita clara, ut solum nomen eius Sclavenos ab incursionibus deterreret, eumque eo ipso tempore tutorem suum immatura morte ereptum hae regiones iusta comploratione lugebant¹⁷⁾. Belisarius autem, quem laudibus extollit supra privatum¹⁸⁾, oriundus fuit ex Germana oppido Daciae mediterraneae¹⁹⁾. eodem redit quod novit Vulfilam episcopum et primatem, ut ait, Gothorum minorum in Moesia (c. 51, 267) aliud eiusdem regionis decus illustre. etiam convenit, quod in praefatione Geticorum libellum auctor Castalio amico ita commendat, ut si quid desit ipse addat 'ut vicinus genti', itaque non obscure significat se degere in locis a primariis Gothorum sedibus longe remotis, quales fuerunt Thraciae. denique conveniunt quae narrat Iordanes Get. 19, 104 de pestilentia quam 'nos ante hos novem annos experti sumus'. nam cum scripserit, ut infra videbimus, anno p. Chr. 551, morbus significatur grassatus anno 542 vel 543. de pestilentia eius temporis, per quam Procopius (anecd. c. 18 p. 112 Bonn.) ait dimidiam partem hominum tum viventium interiisse, quae tradita accepimus (collecta sunt apud Clintonum in fastis ad a. 542) ostendunt eam a. 541 in Aegypto exortam mense Octobri a. 542 Byzantium pervenisse ibique per quattuor menses ingentem stragem fecisse, mox a. 543, ut ait Marcellini continuator, Italiae

17) Vide infra p. XIV.

18) Get. 33, 171. 60, 315: 'victor ac triumphator Iustinianus imperator et consul Belisarius Vandalici 'Africani Geticique dicentur': item in ipso indice Geticorum (v. p. XV). cf. Get. 33, 171. Rom. 368. 375.

19) Procopius bell. Vand. 1, 11.

solum devastasse 'Oriente iam et Illyrico peraeque attritis'. itaque Thracias devastarit necesse est eo ipso tempore, quod Iordanes indicavit²⁰).

His tam angustis terminis finitum circulum nemo opinor ad Cassiodorium referet. nam quamquam Gothi ante Theodericum ad sinistram Danuvii et in ora septentrionali Ponti degebant et ipse Theodericus ante Italiam Moesiam obtinuit et per aliquot annos Novas tamquam regni sedem habuit, ipse certe eiusque disciplinae homines quid secuti sint in Italiam translati, res gestae clare loquuntur. immo hic Iordanem tenemus historiam Gothorum Cassiodorianam ita excerptem, ut Moesiaca et Thracica potissimum retineret. nam quidquid supra proposuimus, non ita comparatum est, ut a Cassiodorio abiudicandum sit, quem non dubitamus historiae Gothicae foederatorum laudes inseruisse et celebrasse Theodericianas de Bulgaris victorias et multum fuisse in rebus Moesogothorum singillatim explicandis. sed sine dubio longe plura attulit de Italiae oppidis et Theoderici regis gestis ibi et institutis, idque premendum est talia plane desiderari, qualia vel in brevissimo Cassiodorii chronico leguntur ad a. 500: 'Theodericus Romam cunctorum votis expetitus advenit et senatum suum mira 'affabilitate tractans Romanae plebi donavit annonas, atque admirandis moeniis deputata per singulos annos maxima pecuniae quantitate subvenit. sub cuius felici imperio plurimae renovantur urbes, munitissima castella conduntur, consurgunt admiranda palatia, magnisque eius operibus antiqua miracula superantur'.

Haec habuimus de patria et origine Iordanis quae proferremus. post notariatum pariter atque Cassiodorius vita saeculari relicta monachus factus est teste ipso²¹): praeterea autem tam quae codices quidam de condicione eius in ecclesia enuntiant quam quae viri docti similia coniecerunt, parum probanda videntur esse. scilicet 'episcopum' eum dicit librorum ordo primus in titulo Romanorum, 'episcopum Ravennatem' ordo tertius eorundem in titulo Geticorum: illud ab auctoritate satis defensum videndum ne conciliari possit cum loco quem sibi ipse tribuit monachi: hoc neque testimonio idoneo commendatur et sine dubio originem duxit ex accurata Ravennae urbis descriptione. — Iordanem episcopum Crotonensem a. 551²²) et Iordanem defensorem ecclesiae Romanae a. 556²³) quod viri docti quidam ab horum libellorum auctore non diversos esse contenderunt, nititur sola similitudine nominis non admodum rari. speciosius est quod ab Iacobo Grimm²⁴) propositum multi postea tenuerunt

Auctoris condicio ecclesiastica

20) Non recte Schirrenus p. 88 ex hoc loco collegit Iordanem eo tempore in Oriente versatum esse.

21) Aliter verba 'ante conversionem meam' (c. 50, 266) accipi nequeunt. cf. Rom. praef. 4: 'quatinus . . . te . . . ad deum convertas', item Cassiodorius de orthographia praef. (gramm. Lat. ed. Keil 7, 144): 'post commenta psalterii, ubi . . . conversionis meae tempore primum studium laboris impendi'. complura alia loca similia collegit Muratorius in praefatione ad Iordanem.

22) Papa Vigilius in damnatione Theodori episcopi Caesareae Cappadociae a. 551 (Mansi 9 p. 60): 'nos . . . cum Dacio Mediolanensi . . . Paschasio Aletrino atque Iordane Crotonensi fratribus et episcopis nostris'. attulit Selig Cassel *magyarische Alterthümer* (Berolini 1848) p. 302, ita explicans, qui factum sit, ut Cassiodorii origine Bruttii volumina dispensator eius Iordani eiusdem regionis episcopo commodarit. quod ut non inepte excogitatum est, ita vincitur indicis plurimis et certissimis originis libellorum Thracicae.

23) Papa Pelagius ep. 5 (al. 6) ad episcopos Tusciae: 'directam a vobis relationem defensore ecclesiae 'nostrae Iordane deferente suscipiente satis mirati sumus' cet. scripta est epistula (edita apud Mansium 9, 716) XV kal. Mart. XV p. c. Basilii v. c. = p. C. 556. attulit idem Casselius l. c., ad historiographum rettulit Schirren p. 87.

24) Script. min. 3 p. 182.

Vigilium eum, cui Iordanes Romana inscripsit, fuisse papam eius nominis a. 538—555. nam tempora recte conveniunt potestque addi et Vigilium a partibus imperatoris contra Gothos stetisse et annos 547—554 Constantinopoli exegisse ab imperatore propter controversias de tribus capitulis quae dicuntur eo evocatum. item fortasse addi potest quod supra vidimus Castalium, cui Getica Iordanes inscripsit, ipsius et Vigilii 'communem amicum' vixisse in locis genti Gothorum vicinis, id quod Romae degenti aptum est²⁵⁾. sed non sine iusta causa Adolfus Ebert²⁶⁾ monuit parum apte monachum, qualis fuit Iordanes, papam Vigilium non solum adloqui tamquam parem sibi sine ulla splendidi officii significatione, sed etiam hortari, ut relicto saeculo ad deum se convertat, id est ad exemplum auctoris et ipse monachus fiat, sane, si papa is fuit, subabsurde. omnino hoc quoque inventum ut ex eo genere est, quod tirones admirantur, ita acri et experto iudici nequaquam probari poterit, immo quod parum Latine, sed re optime dicitur a posse ad esse non valere conclusionem, id si quid video hic quoque tenendum est neque indulgendum speciosis, sed certa sequenda.

Libelli scripti
a. 551

Quo tempore Romanorum librum scripserit, ipse Iordanes ait in praefatione c. 4, scilicet res se narraturum 'in vicesimum quartum annum Iustiniani imperatoris' et denuo c. 363: 'Iustinianus imperator regnat iam ann. xxiiii'. qui est annus a k. Apr. a. 551 incipiens²⁷⁾. et vere narratur mors Germani, quae evenit autumno a. 550²⁸⁾, filiumque ex eo postumum natum esse (c. 383), item incursiones 'quotidianae' Sclavenorum et Antarum, scilicet expeditio ab iis a. 550 in Thraciam suscepta²⁹⁾, denique (c. 386. 387) victoria Langobardorum de Gepidis a. 551 reportata³⁰⁾, ut mittam

25) Schirrenus adicit Vigilium, quippe qui ipse ad Imperatorem scribat (constitutum de tribus capitulis ed. Migne p. 104) 'Graecae linguae, sicut cunctis et maxime pietati vestrae notum est, sumus ignari', de Graecorum historiis ab amico eruditore voluisse edoceri. quod si ita est, non penitus amicum novisse videtur.

26) *Geschichte der christlich-lat. Litteratur* I p. 563.

27) Ita enim secundum legem a. 537 (Iustiniani nov. 47; cf. Chr. Pasch. I p. 617 ed. Bonn.) anni Iustiniani numerantur.

28) Secundum Procopium 3, 40. 4, 20 anno xvi belli Gothici, id est 550, Germanus iter faciens in Italiam Serdicae in Dacia mediterranea ab imperatore subsistere iussus est propter metum incursionis barbarorum Transdanuvianorum: quibus domum reversis biduo ante diem itineri in Italiam suscipiendo destinatum Germanus morbo correptus obiit. duces autem ei substituti exercitum Salonas duxerunt ibique hiemem exegerunt. unde colligitur Germanum obiisse anno maiore ex parte exacto, filium postumum natum esse aut anno eo extremo aut ineunte sequenti.

29) Rom. extr., Get. 5, 37. 23, 119. Intellegitur ipsa illa incursio Sclavenorum et Antarum, propter quam Germanus pergens in Italiam Serdicae substiterat. Procopius l. c.: Σκλαβηρῶν ὄμιλος ὅσος οὐπω πρότερον ἀφίκετο ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν, Ἰστρον δὲ ποταμὸν διαβάντες ἀμφὶ Ναισὸν ἔλθον. narrat deinde eos Thessalonicensem petiuros fuisse, sed metu Germani, qui olim contra Antas rem bene gesserat (Procop. bell. Goth. 3, 37), omnia Macedonia abiisse in Dalmatiam tum non parentem imperatori Orientis: mox nuntio accepto de morte Germani plures catervas Danuvium transiisse neque impediende iam duce illo tripertito exercitu in Europa provincia a. 550/1 hiemasse. Procopius l. c.: Σκλαβηροὶ δὲ οἱ τε τὰ πρότερα ἐν γῆ τῆ βασιλείᾳ γενόμενοι . . . καὶ ἄλλοι οὐ πολλῶ ὕστερον Ἰστρον τε ποταμὸν διαβάντες καὶ τοῖς προτέροις ἀναμυθθέντες κατέθεον ἐν πολλῇ ἐξουσίᾳ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν . . . ἐς τρία μέντοι τέλη σφᾶς αὐτοὺς διελόντες οἱ βάρβαροι οὗτοι ἀνήκεστα ἐν Εὐρώπῃ τῇ ὅλη ἔργα εἰργάσαντο, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς ληϊζόμενοι τὰ ἐκείνη χωρία, ἀλλ' ὥσπερ ἐν χώρᾳ οἰκείᾳ διαχειμᾶζοντες οὐδὲν τε δεδιότες πολέμιον. similia narrantur l. 4 c. 25. in hac ipsa regione cum Iordanes degeret, explicatur ita, ut supra monimus, tam eius amor in Germanum quam quae significat de rerum statu in praesentiarum.

30) Procopius b. G. 4, 25. Gepidae cum Sclavenos Danuvium transeuntes adiuverant, propter id Romanis exosi erant non minus quam Sclaveni ipsi: unde intellegitur, cur Iordanes victoriam Langobardorum summis laudibus extollat.

expeditionem Iustiniani Hispanam³¹⁾. contra nulla mentio fit rerum postea gestarum, Narsetis in Italiam missi mense Aprili a. 551, Totilae devicti a. 552. meminervis autem auctorem scripsisse in Thracia, itaque prius rerum Constantinopoli gestarum notitiam accepisse quam Italicarum et magis illas curasse. — Getica auctor in praefatione ait se post coepta Romana elaborasse, deinde Romana resumpsisse. utriusque libello eodem fere tempore finem impositum esse narratio confirmat: nam Germani mortem et filium natum in Geticis quoque commemorat (c. 14, 81. 48, 252. 60, 314) nec quicquam in Romanis refert quod postea acciderit. praeterea pestem, cuius in Geticis c. 19, 104 meminit, supra p. XII vidimus eam esse quae a. 542 Thracias et Illyricum, sequente Italiam devastavit, id quod et ipsum ducit ad a. 551. eodem igitur anno primum Getica, mox Romana Iordanes edidit: nam quod in horum praefatione illa se ait 'iam dudum' edidisse, intervallum aliquot mensium a tali scriptore omnino ita significari potuit.

Duorum libellorum, quos Iordanes elaboravit, Romanum ut tempore posteriorem, ^{Inscriptiones libellorum} ita ordine priorem esse se velle in praefatione ait, eumque ordinem libri quoque qui quidem utrumque habeant retinent. priorem inscripsit 'de summa temporum vel origine actibusque gentis Romanorum', si quidem sequimur libros optimos quosque: quod in ipsius libri exordio c. 6 'de cursu temporum' ait se scripturum esse, item c. 86 tamquam altero exordio facto transit ad 'Romanarum rerum ordinem actusque', inscriptionem confirmat. in praefatione scribens explicare se velle 'quando mundus coepit vel quid ad nos usque perpessus est', item in praefatione alterius libelli hunc citans sub indice 'de abbreviatione chronicorum', utroque loco argumentum magis quam titulum enuntiavit. a librariis editoribusve veniunt indices 'historia Romanae rei publicae', quod subscriptum est in libris interpolatis (*L*), et qui vulgo fertur 'de regnorum et temporum successione' a libris scriptis alienus. — Posteriorem libellum ad exemplum Cassiodoriana (Get. praef. 1), cuius epitome est, auctor inscripsit 'de origine actibusque Getarum': quem indicem et libri optimi quique (*HPVL*) praescriptum habent et ipse auctor respicit (1, 9: 'gens cuius originem flagitas' et c. 47, 245: 'omnem Gothorum texamus originem' et in fine: 'huc usque Getarum origo ac Amalorum nobilitas et virorum fortium facta'). praeterea quod subscribunt libri trium ordinum optimi quique (*PVO Atr.*): 'explicit de antiquitate Getarum actusque eorum, quos devicit Iustinianus imp. per fidelem rei publicae Belesarium cons.', item ipsius auctoris esse probabile est: certe summo studio Belisarii cum Iordanem flagrasse constet, hoc ad librarios eum propagavisse multo minus probabile est quam ipsum vel in libelli subscriptione professum esse.

31) Athanagildi adversus regem Vesegotharum Agilam rebellionis et patricii Liberii ad hunc adjuvandum expeditionis tempora magis inde definiuntur, quod Iordanes scribens a. 551 earum meminit (G. 58, 303), quam editi libelli tempora ex notitia earum rerum aliunde suppeditata. Isidorus hist. Goth. ad eam 587 (scilicet in recensione meliore) Athanagildum tyrannidem arripuisse ait anno tertio regis Agilae, id est anno 551; additamenta ad Victorem Tunnunensem (p. 372 Ronc.) ad a. 552 adscribunt: 'Agilla mortuo Athanagildus qui dudum tyrannidem adumpserat Gothorum rex efficitur'. Iordanes rerum Hispanarum eatenus gnarus, quatenus eae cum rebus Orientis coniunctae erant, cum significet anno 551 currente Iustinianum in eo fuisse, ut exercitum in Hispaniam mitteret (nam missum esse negat usus vocabulo 'destinatus'), probabile est Athanagildum a. 550 a rege legitimo defecisse. — De Liberio vide indicem s. v.

Computationes
libelli de rebus
Romanis

Dispositionem Romani libelli enarrare supervacaneum est: nam cum perspicua sit, pauca quae de ea re dicenda sunt aptius in auctoribus enarrandis significabuntur. — ‘Summam temporum’, quam in libelli indice posuit, ut in praefatione explicat, ita enarrat, ut a creatione mundi per generationes patriarcharum ad Abram sive Ninum, ab hoc per reges Assyriorum, Medorum, Persarum, Graecorum, id est Ptolemaeorum Aegyptiorum, Romanorum ad Iustinianum decurrat, ita tamen ut postquam ad finem regni Aegyptiaci pervenit (c. 85), Romae urbis historiam ab ipsis primordiis explicet, donec ad Augustum progressus c. 250 ad interruptum ordinem redit. chronologia operis non tam obscura est quam perturbata, contaminata scilicet ex duobus auctoribus³²⁾ altero Hieronymo, cui Christi natalis incidit in annum mundi 5200, altero deperdito adscribente eum ad a. 5500. quae differentia cum ad chronica huius generis recte aestimanda pertineat, visa est diligentius exequenda esse. dedi conspectum computationum diversarum apud Iordanem reperatarum interpretatione subscripta.

	anni	
(c. 7) ab origine mundi ad diluvium	2242 ³³⁾	}
(c. 9) a diluvio ad Heber	525 ³⁴⁾	
(c. 10) ab Heber ad annum nati Abrahae, Nini XLII	541 ³⁵⁾	
(c. 49) reges Assyrii a XLII Nini ad finem regni		
(c. 57) reges Medorum		[1197 ³⁶⁾] 258 ³⁷⁾

32) Praeterea anni regum Romanorum c. 87. 106, item consulum reliquorumque eponymorum c. 111. 112 descripti sunt ex Rufo Festo ita, ut ad ipsius operis chronologiam non applicarentur; quam ob rem eos praetermissi.

33) Sic Hieronymus praef. p. 8 et posteriores omnes.

34) Numeri incorrupti sunt, nam anni quattuor patriarcharum c. 10: Arfaxath 135 + Cainan 130 + Sala 130 + Heber 130 summae c. 9: 525 recte respondent, respondetque item numerus 3308 c. 11. — Cainan alter, quem admisit Iordanes, comparat item apud LXX interpretes, certe ut nunc leguntur, Gen. 11, 12; apud Prosperum p. 523 Ronc., si quidem haec vere Prosperi sunt, non interpolatoris; apud Syncellum p. 617; in Chronico Paschali p. 43; apud Barbarum Scaligeri p. 179 ed. Schoen. eum fictum ad tegendum Lucae evangelistae de genealogia Christi errorem omiserunt optimi quique auctores et cum his Eusebius. Aegyptiacae biblorum interpretationi mature insertus videtur esse (Kuenen *de stambom van den masoretischen Tekst des O. Testaments* Amstelædami 1873 p. 48), tarde ex eius regionis scholis extra Aegyptum propagatus; certe qui eum agnoscunt auctores sectae Alexandrinae omnes esse aliunde quoque constat praeter Prosperum Prosperive interpolatorem nostrumque Iordanem. quam ob rem etiam hos duos probabile est adhibuisse compendium aliquod chronographicum sectae Alexandrinae. — Ceterum cum et hi quos enumeravi omnes et reliqui auctores Hebro dent annos cxxxiv, numerus cxxx error videtur esse Iordani proprius: quo emendato anni ab Adam ad Abram natum Syncelliani 3312 (p. 183) apud Iordanem quoque adsunt.

35) Numeri singulares: Falech 130 + Ragau 132 + Seruch 130 + Nachor 79 + Thara 70 summae c. 10: 541 item recte respondent. iidem numeri inveniuntur apud LXX interpretes et in plerisque aliis laticulis: observandum est errorem Eusebii vol. I p. 90 (non librariorum eius) Ragau dantis a. cxxxv contra ipsos Eusebianos calculos ab Iordane recte evitari.

36) Hi numeri cum descripti sint ex Hieronymianis et summam quoque annorum 1240 (c. 49) ex Hieronymo Iordanes adsciverit, numeri qui differunt scilicet hi:

	Hieronymus:	Iordanes:
c. 19 Armamitres	38	35
c. 25 Sphaerus	20	30
c. 32 Lamprides	32	37
c. 37 Mithraeus	27	29

errores sint necesse est sive librariorum sive auctoris ipsius. summa autem illa annorum 1240 cum comprehendat annos Nini primos XLII, ei substituimus eam quam in computo Hieronymus posuit.

37) Numeri regum singulorum ab Hieronymianis non differunt nisi quod Phraorti c. 55 anni dantur xxii pro xxiii, quod retinui, cum etiam summa annorum cclviii uno minor sit Hieronymiana.

(c. 57) reges Persarum	230 ³⁸⁾
(c. 72) Alexander magnus	5 ³⁹⁾
(c. 71) reges Graeci	296 ⁴⁰⁾

(c. 52) ab origine mundi ad regis Medorum Madidi a. IX, Romuli I	4650 ⁴¹⁾
(c. 61) ab origine mundi ad templum Hierosolymitanum restitutum	4930 ⁴²⁾
(c. 85) ab origine mundi ad Augusti XLII, Christi natalem	5500 ⁴³⁾

38) Ipsum numerum Hieronymus non posuit, in calculo Persis tribuens annos 231; singuli numeri collecti totidem efficiunt, si quidem admittimus, quod admisit Hieronymus addita excusatione exili, Darii annum secundum pro duobus numerari, item Cyro damus a. xxx et reges qui non perannaverunt omittimus excepto Artabano, aut, quod eodem redit, Artabano quoque omisso Cyro tribuimus a. xxxi. apud Iordanem qui traditi sunt numeri (omissis regnis non annis omnibus) efficiunt a. cccxxxi, sed cum in Cyro errore xxxii esse videatur pro xxxi, probabile est summam quam posuit cxxx veram esse. ceterum quod 'plus minus' vocabula ei addidit, confusionis ab Hieronymo commissae indicium est.

39) Alexandri annos, apud Hieronymum Abr. 1688—1692, Iordanes male ita rettulit, quasi numero eo qui sequitur comprehenderentur, continuum ordinem male interrumpens.

40) Iordanis numerus convenit laterculo Hieronymiano, cum ipse Hieronymus numerum ponat uno anno minorem.

41) Annus nonus Medidi, secundum Hieronymum Abrahae 1264, primus Romuli, secundum eundem Abrahae 1265, si cum Iordane ab Adam ad Abram natum numeramus a. 3308, incidunt in a. 4572 et 4573. Medidi annum nonum primumque Romuli eundem fere esse auctor sine dubio sumpsit ex Hieronymo numeravitque cum eo ab Abra nato ad primum Romuli annos 1264 vel 1265. cum ea numeratione male coniunxisse videtur alteram, qualis adest apud Prosperum p. 523 et Barbarum Scaligeri p. 191 Sch. et fere in omnibus similibus systematis fuitque sine dubio etiam in compendio quod in primordiis Iordanes secutus est, annorum ab origine mundi ad annum promissionis primum 3388 et hunc primum promissionis annum male confudisse cum primo Abrahae, cum sit eius a. Lxxv. ita bis numeratis primis annis Abrahae Lxxv Romuli primus fit annus mundi 1264 + 3388 = 4652. exigua duorum annorum differentia facile explicatur anno a quo et ad quem numeratur male aut admissio aut omisso, id quod calculatoribus sacrorum numerorum saepissime accidit.

42) Hic numerus cum ad Hieronymianos nullo pacto aptari possit, secundum doctrinam Syncelli (p. 457 Bonn.; cf. Clinton fast. Hell. 2 p. 375) et primus anni Cyri et primus sacerdotis Zorababel qui templum restituit incidunt in annum mundi 4932. profectus est igitur ex chronologia eadem, ex qua venit numerus qui sequitur.

43) Ad hunc numerum ut calculis nullis Eusebianis vel Eusebianorum similibus perveniri potest, ita incorruptus est; immo tenuerunt eum antiquissimi quique scriptores sectae christianae, ut Hippolytus, quippe qui (apud Photium cod. 202) scribat mundum per sex milia annorum duraturum esse, Christum autem venisse extremo millennio medio, et egregius chronographus Iulius Africanus (apud Syncellum p. 616). sed non ab Africano pendere Iordanem inde intellegitur, quod Cainan alterum Africanus non magis quam Eusebius admisit (Syncellus p. 149. 216) longe aliam viam ingressus, ut ad numerum illum perveniret (Eusebius I p. 99 Sch. cf. Syncellus l. c.). at ea quoque aetate, qua scripsit Iordanes, computatio annorum v̄d a mundo creato ad Christum natum nequaquam exoleverat: immo adest apud chronologos Aegyptiacos scholae Panodorianae et Annianae (Syncellus p. 617 cf. p. 150), apud Malalam Antiochenum (p. 227) auctorem saeculi septimi ineuntis, adeoque in annalibus Ravennatibus, ubi ad a. 495 adscriptum est (p. 668 ed. meae): 'fiunt ergo ab adventu domini usque ad consulatum Viatoris anni D, ab Adam autem anni VI milia'. qui numerus tribus tantum annis discedit a computatione annorum mundi Byzantia sive Romana, qualem et alii sequuntur et auctor Chronici Paschalis; nam secundum eam annus Chr. 495 est mundi 6003 (Ideler chronol. 2, 462). quid quod ad hunc numerum efficiendum auctores hi etiam Cainan altero sui sunt quamquam confecto ob aliam causam (Syncellus l. c.) videmus igitur Iordanem hic adseclam esse doctrinae Aegyptiacae, ita tamen, ut ei sese nequaquam mancipet, sed pro sua imbecillitate Hieronymianam et Panodorianam male confundat. nam cum secta Aegyptiaca de annis ante Abram natum eum ita vidimus convenire, ut propter suum errorem annos numeret 3308 pro 3312 (adn. 34). contra ab Abram nato adsunt apud eum numeri aut Hieronymiani aut Hieronymianis proximi: Assyrii 1197 + Medi 258 + Persae 230 + Alexander 5 + Ptolemaei 296 + Augustus (a. 16—42) 27. Fiunt anni 2013, id quod a computatione Hieronymiana annorum a nato Abram ad natum Christum 2015 pro condicione Iordaniorum non differt. itaque suas computationes si ipse sequeretur, Christus ei natus foret anno mundi non 5500, sed 5321.

(c. 61) a prima templi Hierosolymitani aedificatione ad secundam 512⁴⁴⁾

(c. 85) a Romuli anno primo ad Augusti XLII Christi natalem 755⁴⁵⁾

Conspectus
Geticorum

Getica cum inter omnis generis vitia quibus laborant etiam inordinata sint et perturbata tota, utile visum est. dispositionem argumenti talem proponere, qualem illa vitia permiserunt. cardo narrationis universae Gothorum est tam cum Getis (c. 5, 40, 9, 58) quam cum Scythis (c. 4, 29 cet.) aequiparatio, quo posito et de Getis Scythisque tradita historica vel pseudohistorica et Gothorum narrationes populares uberrimam materiem Cassiodorii duodecim libris praebuerunt. utramque aequiparationem olim excogitatam Gothici auctores in rem suam verterunt non coacti locum in fabulosa antiquitate sibi ipsi comminisci, sed commentis usi a mirabilium exegetis dudum paratis. vere narrationem Iordanes ait explicari secundum reges, scilicet secundum regum ex chronico opinor Hieronymiano potissimum deductam seriem ab antiquissima aetate decurrentem ad Romanos, sed ut passim ordo hiet. ita, ut mittam priora, post Tiberium nominatur Domitianus, post hunc Severus, post Constantinum Valens, scilicet quod de imperatoribus interpositis non repperit auctor quod ad Gothos referret aut certe quod ad Gothorum laudem pertineret: qua de re videnda sunt quae mox in recensu auctorum dicemus sub Ammiano. interpositae sunt praeter rerum Gothicarum narrationes ex diversis auctoribus petitas descriptiones locorum ex chorographia aliqua desumptae, sicut sub oculis ponit tabula subiecta elaborata diligentius in priore parte magis incondita, in posteriore ad brevem regum indicem fere redacta.

Introductio chorographica 1—24.

Oceanus 1—6.

Insulae ad orientem 6.

. ad occidentem: minores 7. 8.

Britannia 10—15.

Scandia 9. 16—24.

Gothorum egressus in Gothiscandiam. Berig rex 25.

Gothi apud Vlmerugos 26.

I. Gothi ad paludem Maeotidem. Ingressus in Scythiam. Filimer rex 27—37.

Scythiae descriptio 30—37⁴⁶⁾.

Gothorum sedes tres 38—42.

Studia sagittandi. Heroes 43.

Tanausis rex devincit Vesosem regem Aegyptiorum. Scythae Parthi 44—48.

Tanais et Danapri descriptio 45. 46.

Amazonum Scythicarum feminarum regnum in Asia 49—57.

Caucasi descriptio 52—55.

44) Secundum Hieronymum aedes facta est a. Abr. 984, restituta a. 1496.

45) Secundum calculos Hieronymi Romuli annus primus est Abr. 1265, XLII Augusti Christi natalis Abr. 2016: efficitur numerus 752 a Iordaniano non multum recedens.

46) Hunc locum auctor postea citat c. 23, 119 tamquam 'initium expositionis vel catalogum gentium'.

- II. Gothi cis Danuvium in Moesia et Thracia (cf. 38. 39).
 Telephi et Eurypyli in Moesia regnum 58—60.
 Tomyris regina devincit Cyrum 61. 62.
 Antyrus rex vincit Darium, Xerxen repellit 63. 64.
 Gudilae regis filia Philippo Macedoni nubit; idem Odessum obsidet
 65. 66.
 Sitalces Perdiccam vincit 66.
 Boerebista rex. Dicaeneus, Sullae aequalis 67 (cf. 39).
 Caesare dictatore, Augusto, Tiberio Gothi incolumes 68.
 Dicaenei disciplina 69—72.
 Comosicus rex 73.
 Corillus rex 73.
 Daciae descriptio 74.
 Danuvii descriptio 75.
 Diurpaneus rex. Bellum cum Domitiano 76—78.
 Ansium sive Amalorum genealogia 78—81.
- III. Gothi super mare Ponticum 82 (cf. 38. 42).
 Maximinus imperator genere Gothicus quid gesserit sub Severo, Ca-
 racalla, Elagabalo, Alexandro, denique imperans ipse 83—88.
 Ostrogotha rex pugnat cum Philippo 89—93.
 Marcianopolis descriptio 93.
 eiusdem victoria de Gepidis: horum origo 94—100.
 Cniva rex pugnat cum Decio 101—103.
 Gothi tempore Galli et Volusiani, item Aemiliani 104—106.
 Gallieno imperante Gothi Asiam diripiunt 107—109.
 notabilia de Chalcedone, Ilio, Anchialo 107—109.
 sub Diocletiano collegisque Gothi quid fecerint 110.
 item sub regibus Ariarico et Aorico imperante Constantino I 111. 112.
 Geberich rex imperante eodem Vandalos devincit 113—115.
 Hermanaricus rex devincit Herulos Venetos Aestos 116—120.
 Hunnorum origo et progressus 121—128.
 Hermanarici pugnae cum Hunnis et excessus 129. 130.
 Ostrogothae et Vesegothae sese separant 130 (cf. 42. 82. 246).

Res Vesegotharum.

- Fritigernus cum suis in Thraciam et Moesias transit 131—136.
 vincunt et occidunt Valentem imp. 137. 138.
 Athanaricus rex pacem facit cum Gratiano et Theodosio I; moritur Constan-
 tinopoli 139—144.
 Gothi cum Theodosio Eugenium devincunt 145.
 Alarici I regis imperantibus Arcadio et Honorio res gestae eiusque mors
 146—158.
 Ravennae descriptio 148—151.
 Athaulfi regis res gestae 159—163.
 Segerici regis res gestae 163.
 Valliae regis res gestae 164—175.
 excursus de regno Vandalorum 166—173.
 excursus de Amalibus maioribus Eutharici ad Vesegothas migrantibus 174.

Theoderidi I regis prima cum Romanis dissidia 176. 177.

Attilae natura et mores 178—183.

Vesegotharum cum Romanis foedus adversus Attilam 184—191.

pugna in campis Catalaunicis; mors Theoderidi 192—217.

Thorismudi res gestae et mors; continuatur item narratio de rebus ab Attila gestis 218—228.

Theoderidus II rex 229—234.

Eurichus rex; simul explicantur imperatorum Occidentis a morte Valentiani III ad Augustulum vices⁴⁷⁾, item regnum Odoacri 235—244 (cf. 284).

Alaricus II rex Vesegotharum ultimus 245 (cf. 297).

Res Ostrogotharum.

Vinitharius rex vincit Antas, vincitur ab Hunnis 246—249.

Hunimundus rex 250.

Thorismud rex 250.

interregnum XL annorum 251.

Valamir rex 252—276.

mors Attilae et dissolutio regni Hunnorum 254—263.

sedes populorum Gothicorum ad Danuvium inferiorem; in his de origine auctoris 264—267.

Thiudimer rex: Macedoniam occupat 277—288.

Theodericus rex 289—304.

Athalaricus rex; Amalasuetha 305. 306.

Gothi debellantur ab Iustiniano 307—314.

Epilogus 315. 316.

Computationes
libelli de rebus
Goticis

Chronologia regni Gothorum vertitur in explicando numero annorum MMXXX, quot duravisse regnum Gothorum Iordanes ait c. 60, 313 secutus sine dubio numeros Cassiodorianos, de suo adiectis annis qui a morte Theoderici (a. 526) ad captum Vitigem (a. 540) fluxerunt. quem numerum cum dubitari nequeat aptatum esse ad chronographiam ea aetate receptam Hieronymianam, Gothorum regum principium ita refertur ad annum a. Chr. 1490, Abrahae 527. at ab eo anno quibus epochis Cassiodorius auctorve eius (nam eum in his pendere ab Ablabio probabile est) ad suam aetatem pervenerit, exilis quae superest epitoma non aperit, quamquam narrationem in universum apparet respicere cardines ea aetate receptos. coniecturis computationem deperditam supplere ut mei officii non est, ita adscripsi elegantissimam restitutionem Gutschmidii p. 141—148 paucis adiectis non meis, sed eius observationibus et explanationibus. ut acuta omnia sunt, ita dubia multa: hoc tamen non dubium chronologiam, cuius rudera servavit Iordanes, ordinatam fuisse, ut ait praefatio epitomatoris, 'per generationes et reges'.

47) In hac parte auctor propositi quodammodo oblitus non tam Vesegotharum res explicat quam imperii Occidentis ruinam.

	anni ante Chr.
generationes quinque primorum regum Gothorum a Berig ad Filimer (c. 4, 25. 24, 121), annorum c. CLXVII	1490 ⁴⁸⁾ —1324
Tanausis ⁴⁹⁾ proxime ante Amazonas (c. 7, 49), ann. c. XXXIII	1323—1290
Amazonum tres generationes (Lampeto et Marpesia — Mena- lippe et Hippolyte — Penthesilea) annorum c (c. 7, 52)	1289—1190
A bello Troiano sive a morte Penthesileae (c. 8, 57) sive a morte Eurypyli (c. 9, 60) ad primum annum Cyri ⁵⁰⁾ anni paene DCXXX (c. 10, 61), proprie DCXXXI	1190—559
a Cyro ad Sullam	558—91
Boerebista rex tempore Sullae (c. 11, 67).	90—57
Comosicus rex	56—23
Corillus regn. a. XL (c. 12, 73); aetate Tiberii (c. 11, 68)[?] 22 a. Chr. —18 p. Chr.	19—50
intervallum (c. 13, 76) generationis unius	19—50

Amali	Balthae	
Gapt ⁵¹⁾	Dorpaneus rex	51—83
Hulmul		84—117
Augis		118—150
Amal		151—183
Hisarna		184—217
Ostrogotha rex	Nidada	218—250
Humul	Ovida (Cniva rex?)	251—283
Athal rex	Helderich	284—317
Achiulf	Giberich rex ⁵²⁾	318—350
Hermanarich rex		351—376
Vinitharius— . . .
Hunimundus— . . .
Thorismud—404?
interregnum a. XL (c. 48, 251)		405?—444?
Valamer		445?— . . .
Thiudimer— . . .
Theodericus		475—526
Athalaricus		526—534
Theodahadus		534—536
Vitiges		536—540

Fiunt anni regni Gothorum 1490 + 540 = 2030 (c. 60, 313)

48) Annus nititur testimonio Herodoti 4, 7: ἔτεα σφίσι (Scythis) ἐπέιτε γεγόναι τὰ σύμπαντα λέγουσι εἶναι ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέως Ταργιτάου ἐς τὴν Δαρείου διάβασιν τὴν ἐπὶ σφέας χιλίων οὐ πλέω ἀλλὰ τοσαῦτα. pugnam ad Marathonem Hieronymus refert ad a. Abr. 1525 = a. Chr. 492. Gutschmid.

49) Tanausis rex aequalis Vesosis sive Sesostris regnavit secundum Eusebium ab a. ante Chr. 1374 ad a. 1319; magis iustos numeros ei Cassiodorus adsignavit. Gutschmid.

50) Hunc annum intellexit Iordanes, ultimum regni eius significavit. Gutschmid.

51) Vixerunt igitur et Dorpaneus rex et princeps Amalorum, quos iuxta ponit Iordanes c. 13, 78, secundum calculos Cassiodorii imperante Domitiano. Gutschmid.

52) Constantinus qui Vandalos in Pannonia collocavit (c. 22, 115), obiit a. 337; Vandali si per LXX (ita scilicet pro LX emendat Gutschmidius) annos ibi manserunt, in Galliam abierunt a. 406. victoria Giberichi de Vandalis sic incidit in a. c. 336. Gutschmid.

In Vitige subsistit narratio neque recensentur reges Gothorum qui postea fuerunt Ildebadus Erarichus Totila, quamquam primi et tertii auctor meminit, quoniam Constantinopolitanis hi non visi sunt legitime regnum obtinuisse: immo diserte ait auctor regnum Gothorum in Vitige finiisse (c. 14, 81. 60, 315).

Auctores in
margine laudati

Auctores ubi extant, unde sumpta sunt quae leguntur apud Iordanem, sive ipse librum expilavit sive per alium, loca quae huc pertinent ut cum Iordanianis componerentur et ita quid in singulis aut additum esset aut erratum, facile pateret, ut potui curavi. contra locis similibus accumulandis aut valde fallor aut obscuratur magis quam adiuvatur iusta rerum indagatio: ea enim in eo consistit, ut ubi habemus tam expilatum librum quam expilantem, expilata semoveantur, quae restant comparentur et ponderentur. sed tamen plene id perfici non potuit propterea quod saepe dubitationi locus est, quam editorem non tam de tripode decidere oportet quam legentis iudicio subicere: etiam saepius duo auctores cum eundem librum expilarint, quodammodo medium locum tenent inter testes eos, quorum alter ab altero pendet, et eos, qui inter se communionem nullam nisi facti ipsius habent. haec ubi ita esse mihi visa sunt aut ubi per exceptionem similia afferenda erant, id quod raro evenit, auctoris nomini notam praemisi loci conferendi (cf.). — Deinde in auctoribus indicandis in duobus libellis diversam viam tenui. nam Romani libelli auctores ut plerumque facillime et certissime indicari possunt, praeterea pro exigua libri utilitate ab operosa diligentia cavendum fuit, ita in Geticis, quae licet ipsa infimi ordinis, pulcherrima quaedam et summi momenti capita sola servarunt, auctorum disquisitio difficillima est et saepe perplexa. ideo in Romanis plerumque satis habui ad singula capita auctorem cuius esset in margine laudare (locis sumptis ab auctore aut deperdito aut incerto IGNoti notam adscripsi) nec nisi per exceptionem, ibi fere ubi longius ab auctore Iordanes discessisset, illius verba subscripsi: in Geticis autem et quaecumque loca compilatorem ipsa adhibuisse iudicarem et ex affinibus quoque, de quibus modo dixi, potiora, totidem verbis in inferiore margine adieci. ita quae in Geticis quaestio est gravissima, ut deprehendantur ab auctore propter studia Gothica temere et fraudulenter interpolata, iam habebit paratum et certum fundamentum.

Editionis ratio

Editorum Iordanis nullum neque in apparatu neque in adnotatione iustis desideriis satis fecisse inter viros doctos convenit, quamquam postremus Clossius mediocriter quidem, sed non inutiliter in utraque re elaboravit. sane dolendum est auctorem pessimum, sed ut res se habet necessarium, ita autem comparatum, ut multo magis, quam in aliis auctoribus usu venit, utilitas eius pendeat a recta recognitione et iusto apparatu, per tot annos iacuisse multorumque egregiorum virorum laboribus damnum non exiguum ex parum apto et subinde fallaci instrumento illatum esse. *mit mehr als Ungeduld, mit einer Art von Verzweiflung warten wir seit wenigstens zwanzig Jahren auf die neue Ausgabe des Iordanis:* verba sunt Waitzii cum de Clossiana recognitione iudicium tulit ante annos et ipsos undeviginti. iam cum mihi sive contigisset sive accidisset, ut laborem ante multos annos privato consilio incohatum, sed intermissum et quodammodo abiectum in me reciperem societatis monumentorum patriorum edendorum publico consilio obtemperans, his quadraginta annis, per quos Iordaniana qui exposcunt in deserto errarunt, quantum fieri poterat paucissimi ut accederent curavi:

apparatum congressi, quae necessaria mihi visa essent adieci, cavi ne nimium mihi proponerem. iam quae collegi cum trado collegis, volo reperiantur inter eos iusti aliquot et aequi iudices, qui agnoscant medium me tenuisse inter levem celeritatem et procrastinationem editori quam litteris utiliolem.

Auctorum qui de Iordane et Cassiodorianis scripserunt quamquam recensum dare non placet, quorundam commentariorum hoc loco mentio facienda est, cum et proprie ad Iordanem pertineant et multa attulerint utilia et vera: dico Henrici de Sybel 'de fontibus libri Iordanis de origine actibusque Getarum' (Berolini 1838. 8. pp. 45); Iacobi Grimm *über Iornandes und die Goten* in actis maioribus academiae Berolinensis a. 1846 p. 1—59 et denuo in scriptorum minorum vol. 3 p. 171—235; Caroli Schirren 'de ratione quae inter Iordanem et Cassiodorium intercedat' (Dorpati 1858. 8. pp. 94); Rudolphi Koepke *Deutsche Forschungen: die Anfänge des Königthums bei den Gothen*. Berlin 1859. p. 44—93; Alfredi a Gutschmid de Schirreni libello iudicium insertum Iahnii annalium volumini LXXXV (1862) p. 124—151. ab his auctoribus quae sumpserim recte et acute excogitata, suis locis cum debita laude significavi, ut item non tacui quae mihi non probarentur, ubi dissentendi causa et ratio ut afferrentur interesse mihi visum esset; multa vero quae displicebant tacite praeterii. item tacite fere ab iisdem viris et ab aliis eruditis adscivi, quae sola comparatione locorum continentur: nam eiusmodi inventionis primos auctores persequi neque expedit neque omnino fieri potest. profitemur in universum id quod talibus disquisitionibus fere commune est, plurima deberi priorum diligentiae et si quid profecimus, profecisse nos umeris eorum innixos, ut nostris deinde innitentur qui post nos venient.

Commentarii
recentiorum de
Iordane

Iam recensum dabimus auctorum, ad quos redire videntur quae refert Iordanes, tam eorum quos ipsum adhibuisse probabile est quam quorum copias alio scriptore interveniente adscivit. quos nomine citat excepto Cassiodorio et Hieronymo et Orosio omnes ad secundum ordinem pertinere crediderim: nam cum in Romanis raro auctorem nominet, Getica, quae ipse ait epitomam esse historiae Cassiodorianae, non paucos habent, adsumptos opinor ex doctiore auctore, ut nominibus doctrinae non contemnendae speciem prae se ferentibus suam exilitatem ornaret. unde in operis principio, ubi paullo minus indiligenter rem gessit, auctorum laudationes frequentius longe quam postea reperiuntur. nomina auctorum quae non enuntiantur uncis quadratis inclusi. in universum satis habui nomina ponere, plura addidi ibi ubi e re esse videbatur. incipiemus ab auctoribus adhibitis aut ad utrumque libellum aut ad solum Romanum conscribendum.

Auctores adhi-
biti in Romanis

AVCTORES LIBELLI DE ACTIBVS ROMANORVM.

I. [FLORI] epitomam ab ipso urbis Romae principio usque ad bellum Philippicum Iordanes in Romanis c. 87—209 ita secutus est, ut excepto uno loco 111—114 ex Rufianis inserto aliena nulla interponeret, complura omitteret, multa in compendium redigeret, pleraque autem ipsis verbis retentis redderet: id quod ubi Florianus incipiunt etsi auctorem non nominat, tamen satis significat verbis 'ut ipsorum', id est Romanorum, 'verbis loquamur'. unde haec pars operis a grammaticis erroribus longe

minus inquinata est quam quae praeterea apud eum leguntur. a devicta Macedonia inde Iordanes a Floro ad Rufium se convertit, sed ut et insigniora quaedam, Galatarum in Asia cum Romanis proelium duce Manlio (c. 224), Parthorum de Crasso victoriam (c. 236. 237), Antonii et Cleopatrae interitum (c. 251—254), laudes Augusti (c. 255) propter admirabilem pulchritudinem Rufianae exilitati substitueret et, ut supra (p. XII) dixi, res Illyrici, quarum Iordani praecipua cura erat, postquam ad Rufium enarravit (c. 214—221), denuo c. 241—248 ad Florum repeteret addito praeterea narrationis Rufianae supplemento de Marmaridis et Garamantibus in Africa (c. 249). — Haec cum condicio sit excerptorum Florianorum apud Iordanem, ea quatenus perveniunt Florum edenti codicis instar sunt eiusque longe optimi, id quod recte intellexit et Florum suum ut aliis subsidiis ita Iordanis auxilio egregie reformavit Otto Iahn amicus quondam meus praestantissimus, cuius tum cum eo mihi communis laboris grata non minus quam luctuosa recordatio hodie animum subit. et adhibuit Iahnus non Iordanem editum totum corruptum, sed ex libris quos habui praestantissimum Heidelbergensem, unde factum est, ut ex hac mea Iordanis recensione ad Flori crisis novi non multum accedat. nihilo minus Flori libros denuo recognoscenti non inutilem eam futuram esse existimo. nam ut consentaneum est de lectione Iordanis iam libris eius plene excussis magis constare quam Iahnio constare potuit, ita is eo nomine erravit, quod praeter Heidelbergensem Monacensem quoque Pollingensem (*P Iahnii*) non solum adhibuit, sed etiam Heidelbergensi quodammodo aequiparavit, cum sit notae deterioris neque ullum locum in crisi teneat. sed ipsum quoque de Florianis Iordanis iudicium aliquatenus reformandum est. scilicet cum Flori crisis innitatur libris duobus Nazariano hodie Heidelbergensi et Bambergensi, ii ubi discedunt, Iordanes plerumque litem ita dirimit, ut alteri utri calculum addat, crediderimque iusto saepius editores recessisse a consensu Iordanis cum altero utro Flori libro. sed tamen consensus Iordanis cum altero utro codice non eandem vim habet. usus est enim, ut optime intellexit Iahnus, libro Bambergensi simillimo, antiquiore sane eo saeculis non paucis et pro aetate emendatiore, sed item inquinato mendis cum solo Bambergensi communibus. loci, ubi Iordanes et Bambergensis Flori contra Nazarianum in falsis consentiunt sunt inter alios Flor. 1, 3, 5 = Iord. p. 12, 3, ubi pro *citavere leges nefas* Nazariani illi substituunt *ut auferet leges nefas* plane ineptum, item Flor. 2, 7, 10 = Iord. p. 26, 31, ubi Florus scripsit *Aoum*, Nazarianus habet *dum* leviter corruptum, Bambergensis et Iordanes lectionem interpolatam *Sa(v)um*. e contrario errores in Nazariano admissos item apud Iordanem redire Iahnus p. XIII si quid video non recte contendit, ut ubi consentiant inter se Iordanes et Nazarianus, Bambergensis lectio auctoritate destituatur. nec magis, ni fallor, loci inveniuntur, ubi Flori libri duo in falsa aliqua lectione graviore conspirent contra Iordanem⁵³⁾, cum adsint pauci, ubi vera lectio apud solum Iordanem invenitur diverse corrupta apud Florum, ut Flor. 1, 5, 2 = Iord. p. 12, 19

53) Nam huiusmodi consensus exempla quae Iahnus praef. p. VIII composuit aut talia sunt, ut duo librarit facile in eundem errorem sua sponte incidere potuerint, ut Flor. 1, 7, 9 *molientibus* (vel *moventibus*) *sedem* = Iord. p. 13, 20 *molientibus edem*; Flor. 1, 9, 2 *annum* = Iord. p. 14, 14 *annuum*, aut falsa; ita Flor. 1, 7, 8 = Iord. p. 13, 18 *res* ut in Bamb. et Naz. ita apud Iordanem quoque legitur omnino retinendum, reiciendum autem *rex* quod ex deteriore quodam libro Iordanis Iahnus adscivit.

augeri legit Iord. recte, *augure* Bamb., *augerit* Naz., item Flor. 1, 11, 10 = Iord. p. 15, 21 *Muenius* apud Iordanem est *menius*, in Bamb. *menenius*, in Naz. *moenibus*. sed non desunt errores utriusque Flori libro cum Iordane communes, id est saeculo sexto antiquiores, ut Flor. 2, 2, 31 = Iord. p. 21, 35 *imperia gentium* pro *interiacentium*. — In Florianis his recensendis hoc tenui, ut Iordanis lectionem simpliciter repraesentarem neque ipse saperem ultra Florum talem, qualem Iordanis legit, itaque corruptelas ei aut cum utroque Flori libro aut cum Bambergensi solo communes in textu reliqui. quae apud Florum leguntur incorrupta, corrupta apud Iordanem, ita tractavi, ut in gravioribus corrupta in textu retinerem, vera in adnotatione apponerem, mendas tollerem leviores easque, quas ne tali quidem scriptori recte imputes. sane non facile est fines regere inter stultitiam auctoris saeculi sexti et librarii saeculi octavi, neque ignoro hodie editores fere eo magis in crisi sibi profecisse videri, quo pluribus salebris et barbarismis auctorem suum oneraverint et lectorem gravarint. iure tamen auctor quicumque est eorum tantum errorum condemnabitur, quos commisisse convictus est. universam variam lectionem Florianam in adnotatione non adscripsi, curavi tamen, ut de potioribus legenti facile constaret. quod si in Nazariani libri lectione indicanda a prioribus differo, mihi credi volo: ipse enim eum denuo contuli.

II. IAMBlichVM in ipso principio libelli Iordanes ait Romanos laudasse, quod ar- Iamblichus mis et legibus orbem terrae suum fecerint, eumque virum eruditissimum sequentem se 'aliqua de cursu temporum' scribere velle: ita certe verba acceperim, neque enim ne Iordanem quidem crediderim 'sequi' illud referre ad unam illam sententiam ex Iamblichio depromptam. si Chalcidenus intellegitur celebratissimus philosophus scholae neoplatonicae aetatis Constantinianae, illa sententia neque extat in iis quae ab eo habemus, et ita eam ab eius indole abhorrere, ut vix ab eo proficisci possit, harum rerum peritissimi viri certiore me fecerunt, multo magis negantes eum aut scripsisse aut adeo scribere potuisse de cursu temporum commentarium, qualem hoc loco Iordanes significat. alter eius nominis scriptor Babylonius aetatis Marci et Veri, quamquam in inepta fabula Milesia, cuius epitomen Photius servavit, Romanorum imperatorum mentionem incit, de cursu temporum certe non magis scripsit. nec magis cogitandum erit de aliquo eius nominis auctore praeterea ignoto, puta chronicorum scriptore eo, de quo c. IX dicitur: nam quod ipse Iordanes addit locum Iamblichi se in operis principio posuisse 'velut insigne quoddam ornamentum', necessario clarum illud nomen Chalcideni philosophi requirit. equidem suspicor auctorem iure sibi diffisum, ut patrocinium quoddam coepto operi pararet et libellum, sicut doctum virum decet, incoharet a scriptore aliquo citato, id quod item facit in altero, nomen elegisse splendidum Graeci philosophi, cuius sub umbra adquiesceret, sui propositi aut laudem aut reprehensionem in eum transferens et sententiam ei subministrans vulgarem undecumque arreptam. certe in hominem, quem mox videbimus plagii reum, eiusmodi suspicio non immerito cadit.

III. [EVTROPII breviarium, quod pervenit ad a. 364, raro usurpatum est, scilicet Entropius ad sola c. 255. 257. 259. 260. 264. 267. 272. 282. 290. 294 libelli Romani partis eius, qua res sub imperatoribus gestae enarrantur, et ita ut singulis locis pauca tantum verba eaque fere ad origines moresque imperatorum pertinentia Hieronymianis

ex Eutropio insererentur. exempli causa c. 259 ad 'Gaius Caesar' additum est 'cognomento Caligula'. c. 272 ad 'Marcus Antoninus qui et Verus et Lucius Aurelius Commodus' additum 'affinitate coniuncti'.

Κόλιας Festus

IV. RVFII FESTI breviarium rerum gestarum populi Romani editum anno p. C. 369 Iordanes in libellum de rebus Romanorum ita transtulit, ut per capita 87. 111—114. 210—235. 239. 240. 261. 270. 272. 277. 280. 290. 291. 304 totum fere eodem ordine ibi repetatur: praeterea quae de Constantino et Constantio ex Rufii c. 26. 27 Iordanes sine dubio narraverat, hiatus post c. 302 intercepit. scilicet cum Floro duce narravisset, Italia itemque Sicilia et Africa quomodo Romanorum factae essent, reliquarum provinciarum accessionem duce potissimum Rufio executus est: nisi quod cum, apud eum omissam esse Britanniam intellexisset, in ea Orosium (v. c. VII in auxilium vocavit. hiatus Rufii nostri Iordanes c. 215 explet et alibi quoque ad verba eius castiganda utilis est.

Hieronymus

V. Ab HIERONYMO ex Eusebianis Latine versa et ad a. 378 continuata chronica Iordanes in Romanis pro fundamento sibi fuisse ait c. 11 nominatim citans 'Eusebium vel Hieronymum'. tempora tamen ante natum Abram aliunde sumpta sunt, item quae de rebus Romanis a Romulo ad Augustum exposuit c. 87—249, sed tam quae praecedunt c. 11—86 ab Adamo ad Cleopatram quam quae sequuntur c. 250—312 ex Hieronymo ita exscripta, ut reliqua excerpta Hieronymianis aut insererentur aut substituerentur: neque ob aliam causam Iordanes ait (v. p. XV) scripsisse se 'abreviationem chronicorum'. quae excerptis plerumque ad verbum reddit, raro graviter conturbat, ut accidit c. 76. — In Geticis Hieronymianum chronicum usurpatum est duobus locis c. 16, 89 et 19, 104, quos nihil impedit quominus ad Cassiodorium referamus: nam is quoque monachis suis id commendat (inst. div. litt. c. 17). — In Hieronymianis Iordanis lectiones nullas deprehendi nostris libris meliores consentaneum est; ita enim Hieronymiana habemus, ut crisis eorum magis seligendis recte traditis contineatur quam inveniendis novis. ad illud autem cum non minimae auctoritatis Iordaniana sint, quamquam ea res ab Hieronymianorum recognitore solo recte tractari potest, addam locos qui ad id faciunt a me inventos signis codicum quae sunt apud Schoenium A(mandini), B(ernensis), F(reheriani Leidensis), M(iddlehillensis), P(etaviani Leidensis), R(egii Fuxensis) retentis, iudicio eis relicto ad quos ea res pertinet pertinerebitve.

H. Abr. 347 R. 23 maminthus *AR Iord.*, mamynthus *P*, mamitus *F*, mamyrthus *M*, Μαμυθός *Eusebius*, mamichus *B*

H. Abr. 378 R. 24 macthaleus *Iord.*, magthaleus *M*, magehaleus *AP*, macchaleus *FR*, machaleus *B*, Manchaleus *Arm.*

H. Abr. 1456 R. 58 fundamenta iecerunt *AFMPR Iord.*, f. fecerunt *B*

H. Abr. 1670 R. 69 sidonem *APFR Iord.*, Sidonam *BM*

H. Abr. 1797 R. 76 philopater *B*, filopater *Iord.*, pilopater *F*, philopator *MPR*, philopatur *A*

H. Abr. 2118 R. 267 etesifontem *FP*, et tesifontem *Iord.*, ctesifontem *ABMR*

H. Abr. 2239 R. 280 Mammae *F*, Mamae *Iord.*, Mameae *reliqui libri*

H. Abr. 2380 R. 306 xxxiii *MP Iord. Eutropius*, xxxiiii *ABFR*

VI. [VICTORIS epitome] quae dicitur finiens a. 395 in Romanis ab eo inde tempore, Victoris epitome quo desinit Hieronymus usque ad Theodosium, in quo ipsa finit, id est a c. 314 ad c. 318 adsumpta est. — In Geticis unum inde locum auctor adhibuit 26, 138, de quo vide quae dicuntur p. XLIII.

VII. OROSIVS PAVLVS (sic G. 9, 58), qui scripsit a. 417, citatur in Geticis 1, 4. Orosius 5, 43 (hic 'in primo volumine'). 9, 58. 24, 121, alibi quoque ibidem non raro adhibitus est, ut adnotatio ostendit, in Romanis autem inde ab imperatore Augusto (c. 255). eum librum cum ex Romanis constet ipsum Iordanem usurpasse, in Geticis quoque quae adsunt Orosiana probabile est non apud Cassiodorium eum invenisse, sed de suo addidisse, qua de re infra (p. XLIV) accuratius dicetur. fundamentum narrationis Orosius nusquam Iordani subministravit, sed lumina et colores ex eo sumpsit, quibus aut Cassiodorii aut annalium narrationem ornaret.

VIII. [SOCRATIS] historiam ecclesiasticam usurpatam esse ab auctore fidem fa- Socrates ciunt loci non multi, sed certi de posteris Gratiani R. 309—311, de Domnica uxore Valentis R. 314, de baptisate Theodosii I R. 315, de Vlfla G. 51, 267. quare quod in praefatione Geticorum Iordanes ait usum se esse praeter Latinas 'historiis Graecis', etsi quae in iis leguntur ex Graecis auctoribus derivata sine dubio a Cassiodorio fere accepit ipsaque verba illa fortasse ab eodem arripuit (cf. G. 2, 10), non mero mendacio Graecorum usum sibi vindicavit. eundemque hominem, cui debetur fluvius 'Potami cognomento' (G. 16, 93), nihilo minus adspiravisse ad aliquam linguae Graecae notitiam confirmant indicia plura. nam citat in Romanis Iamblichum et veriloquiis Graecis utitur G. c. 23, 117. 29, 148 et in ipsa suae ignorantiae confessione 50, 266 non illitteratum se dicit, sed magis docte agrammatum (cf. Vitruvius 1, 1, 12: 'non debet nec potest esse architectus grammaticus, uti fuit Aristarchus, sed non agrammatos'). ubi cum memor fuisse videatur loci act. apost. 4, 13 ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσιν καὶ ἰδιῶται, libros sacros Graece quoque novit, nam Graecum vocabulum Hieronymus non retinuit. simili doctrina R. 31 'allophylos' substituit pro 'alienigenis' Hieronymi (quod retinuit R. 33) et R. 64 scripsit de Artaxerxe 'qui Macrochir dicebatur', cum apud Hieronymum sit 'Artaxerxes qui Longimanus cognominabatur'. neque enim ignorabat nomina propria non esse vertenda et allophylos ipsum Hieronymum (in Esai. 2) pro nomine gentis habuisse. denique etiam in orthographicis et grammaticis quaedam Iordanes habet non explicanda nisi ex Latinitate quae graecisset⁵⁴), ut eum Latinam linguam didicisse conicias in ludo litterario Graeco: neque id probabilitate caret, cum vixerit in Thracia, id est in ipsis confiniis linguarum duarum.

IX. CHRONICON QVODDAM ALEXANDRINVM. Ex sacris scripturis quod Iordanes ait R. 3 se relaturum esse tempora ante natum Abram 'per familiarum capita currentem', eo significat primam operis partem ad c. 11, ubi Hieronymum citat, non proficisci ex chronicis eius, quippe quae generationes eas non referant. pendere

Chronicon
scholae Alexan-
drinae

54) Eo referenda est y vocalis cum diphthongo oe permutatio, ut non solum *Moesia* et *Mysia* confunduntur, sed scribitur adeo *Vscus*, *Pynus*, *trayydia* pro *Oesco*, *Poeno*, *tragoedia*, item y littera in Latinis pro e vel u (*Lysitania*, *Calydonius*), et nomina propria Latina declinata Graece, ut *Curion*, *Zenon* — *Biturigus*, *Lingonas* — *Carthaginisii*, *Fossatisii*, *Sacromontisii*: vide de his ind. III.

auctorem ex tractatū aliquo chronologico sectae Alexandrinae hodie deperdito, qui contra Eusebium Cainan alterum agnosceret et Christi natales in annum mundi 5500 referret, supra p. XVII vidimus. ex eodem omnino auctore Iordanes deprompsit quae in principio operis ex Iudaeorum historia adiecit ad Hieronymiana, quorum cum pleraque pariter referantur apud omnes sacrae historiae scriptores, c. 57 proxime accedat ad Iosephum, duo certe loci c. 26 de Aegyptiaca doctrina Mosis rediens apud Syncellum et c. 81 de persecutione Iudaeorum Alexandreae et Antiochiae tempore Ptolemaei Alexandri, de qua praeterea nihil comperi, stabiliunt chronici eius originem ex Aegypto. fabula quoque c. 268 de statua Traiani apud Indos dedicata, quae et ipsa ab Iordane solo tradi videtur, ad eundem auctorem redire potest. denique ab eodem proficiscuntur quae de versionibus bibliorum traduntur c. 270. 276. 277. 280, similia ea relatis apud Epiphanium in libro de mensuris et ponderibus neque tamen inde profecta: immo utrumque auctorem haec sumpsisse ex nescio quibus annalibus inde colligitur quod apud Epiphanium anni adscripti sunt Hadriani et Caracallae et referuntur apud eundem media haec inter annalium excerpta alia. — Christiana pauca et vulgaria quae Iordanes addidit c. 256. 265 praetereo.

Libellus de origine Romae

X. [DE ORIGINE VRBIS ROMAE] commentarium quoddam Iordanes habuerit necesse est. inde quae profecta sunt, inserta Hieronymianis ita, ut emblema facile appareat, haec sunt:

(c. 38) *Aeneas (ex Troia) fugiens in Italiam venit, se quoque cum Latino Fauni filio Pici nepote Saturnique abnepote adfinitatis gratia iungens accepta filia eius in uxorem Lavinia: unitosque Frygas Italosque populos nominavere Latinos: (c. 39) et sic iam ex tunc et deinceps, quamvis in pauperrimo regno locoque angusto quod dicebatur agro Laurentum (fortasse pro agrum Laurentum, id est ager Laurens) regnaverunt post Latinum Aeneas et successores eius [qui et Silvii sunt Albanique vocitati] pro Albano urbe [et pro postumo Aeneae] idem Aenea, qui idcirco Silvius dictus est, quia Lavinia post mortem Aeneae, timens Ascanii invidium, clam eum in silva generavit Aeneamque Silvium nominavit.*

(c. 51) *post innumerabiles . . . Laurenti loci et Latio reges Silvios Albanosque, qui trecentos per annos in parte Italiae regnaverunt quamvis pauperrime, [Amulius rex Numitoris fratris filiam] Ream nomine, quae et [Ilia] vocabatur, [Vestalem virginem fecerat]: quae gravida inventa dum scelus suum nititur excusare, a Marte se compressam mentita est. [ex qua genitis duobus geminis rex exponi praecepit]. quos vagientes meretrix quaedam Lupa nomine cum audisset, statim tollens ad Faustulum pastorem adduxit. quos Acca uxor eius nutriens inter alios pastores conversari edocuit.*

(c. 52) *Romulus eiusque germanus [collecta pastorum multitudine] Romanae urbis aedificia inchoaverunt suoque de nomine iunior, [qui germanum peremerat,] urbem vocari Romam praecepit.*

Vncis inclusa sola ex Hieronymo proficisci potuerunt, quamquam etiam haec aliunde adsumpta esse magis probabile est. insunt autem in his plura quae in tanta diversitate fabularum alibi raro vel nusquam invenias: ita trecenti anni Silviorum apud Vergilium Aen. 1, 272 aliosque antiquiores redeuntes, a chronographis mature aboliti: ita Lupa ab Acca diversa item cum antiquioribus: ita Rea quae et Ilia: ita filius Aeneae ex Lavinia plerisque Postumus Silvius dictus, hic Aeneas Silvius: ita Romulus Remo iunior, id quod nusquam alibi legisse me memini. ut quaedam ex mera perturbatione originem duxerint, pleraque crediderim ex narratione proficisci simili ei

quam servavit auctor originis gentis Romanae pleniorque quam nos legit Paulus Diaconus, effecta ex commentariis Vergilianis.

XI. 'ANNALES CONSVLVMQVE SERIES'⁵⁵⁾, quos in epilogo Romanorum evolvere iubetur qui accuratius rerum praesentium statum infelicem cognoscere cupiat, quibusque scriptor et in hoc libello et in alterius parte utilia pleraque debet, cum continuatione Hieronymiana Marcellini comitis et auctario eius ut saepe ad verbum conveniunt, ita Iordanes adhibuit annales nostris auctiores. primum cum Marcellini auctarium quod habemus subsistat mutilum in a. 548, Iordanes id usurpasse videtur deductum ad ipsum quo scripsit annum 551: nam quae narrat ad annos extremos pertinentia non minus quam priora ex libris potissimum petita videntur, neque improbable est eiusmodi libellos ita venales prostitisse, ut, qui exemplar emeret, haberet res gestas ad ipsum qui currebat annum continuatas. id ut in coniectura positum est, ita constat ibi quoque, ubi Marcellinum habemus, Iordanem saepe afferre quae apud hunc desiderata nihilominus aperte veniunt ex eodem auctore. quam ob rem aut Marcellinum brevium habemus, aut ipsum eius chronicon non est nisi epitome annalium pleniorum eosque, non Marcellinianos Iordanes adhibuit. id cum in universum pateat, mihi autem in edendis chronicis latius de eo argumento agendum sit, hic satis erit rem breviter tetigisse. — De annalibus adhibitis ad Geticorum partem eam, quae propter temporis rationes Cassiodorio tribui potest, in auctoribus Geticorum disputabitur.

XII. GETICA quod in praefatione Romanorum ante haec se absolvisse auctor ait, id res confirmat: nam passim illis in altero libello usus est et ubi differunt, Getica plerumque pleniora sunt et minus corrupta, Romana breviata magis et magis perturbata. notabilis est locus Rom. c. 373 = Get. 60, 311, ubi auctor Romana compilans primum Getica in epitomen redegit, deinde ex annalibus quaedam ita interposuit, ut ante scripta male divelleret (v. p. 49 not. 2). sed aliquoties ratio inversa est. ita Rom. 314 = Get. 26, 138 illo libro Iordanes ad verbum reddit auctorem Victorem quem dicunt, hoc liberius eum tractavit, scilicet quoniam adsumpsit Ammianum vel potius quae Cassiodorius ex Ammiano excerpserit (cf. p. XLIII). item si comparabis Rom. 344 in. et Get. 46, 242, Rom. 373 et Get. 60, 311, illa sequuntur ipsa verba auctoris Marcellini, haec longius ab iis absunt. etiam mors Valentiniani III Rom. 334 = Get. 45, 235 ex annalibus ita narratur, ut neuter locus ex altero descriptus esse possit. quam ob rem quae in utroque libro tractantur satis multa comparentur necesse est et expendatur, utrum Romana a Geticis pendeant an utraque narratio ab eodem auctore petita sit.

Auctores Geticis proprios etsi ad Romana non perpetuo adhibitos esse horum condicio evidenter demonstrat, ex Cassiodorianis quaedam Romanis quoque illata esse non certum quidem est, sed veri simile. ita quae de Illyrici cessione Valentiniana refert R. c. 329 cum redeant apud unum Cassiodorium eumque certum sit in historia de ea fuse egisse, scriptor rerum Illyricarum curiosus id inde videtur adscivisse. narratio de extremis temporibus imperii Occidentis (c. 335—339) cum non pauca tan-

55) Similiter a Gregorio Turonensi hist. Franc. 2, 9 citantur 'consularia'. Epiphanius quoque adv. haeres. 2, 51 p. 482 Dind. consules quibus natus sit Christus citat ως έχει τὰ παρὰ Ῥωμαίοις ὑπατάρια.

gat a Marcellino aliena et nequaquam vulgaria, immo ex parte ex uno Iordane nota et cum Prisci horum temporum enarratione, quam brevavit Euagrius hist. eccl. 2, 16, ita coniuncta, ut eiusdem narrationis utraque epitome esse videatur, non sine specie veri conicias auctorem in his praeter consularia etiam Cassiodorianam ex Prisco desumptam narrationem usurpavisse.

Auctores adhibiti in Geticis

AVCTORES IN GETICIS ADHIBITI.

- Iustinus I. POMPEIVS TROGVS citatur c. 6, 48. 10, 61, adhibetur praeterea c. 7, 50. c. 8. de fragmentis his diligenter et perite dixit Alfredus a Gutschmid in annalium Iahnii vol. 2 suppl. (1856/7) p. 193—202, ratus Iordanem auctoremve eius usum esse non epitoma Iustini, sed ipso Trogo. absunt sane ab Iustino non solum pleraque de Amazonibus c. 7 relata, quod caput Gutschmidius totum fere Trogo vindicat, sed etiam quae de Sorno Medorum rege c. 6, 47 traduntur: et ut illius narrationis origo parum evidens est, ita locus de Sorno cum reliqua narratione ita coniunctus, ut aliunde adsumptus esse non videatur. nihilominus cum compilatori, quem Iordanes in epitomam redegit, multa et varia scripta Graeca patuerint, fieri potest, ut hanc narrationem ex duobus auctoribus conflarit. e contrario quae habet Iordanes conspirantia cum Iustinianis, cum in rebus tum in vocabulorum propriorum corruptelis (ut sunt *Marpesia* pro *Marpessa* c. 7, 49 et *Vesosis* pro *Sesosis* c. 6, 47) propius ad haec accedunt quam accessura fuisse credibile est, si integrum Trogum compilator adhibuisset. ceterum saepius et Iustinus et epitomator eius Orosius ita reperiuntur simul adhibiti, ut cautela opus sit in excerptis eorum separandis.
- Vergilius II. VERGILIIVS ('Mantuanus' c. 1, 9): 1, 9, 5, 40, 7, 50.
- Livius III. LIVIVM c. 2, 10 citari secundum locum Taciti ibi adlegatum duabus relationibus male confusis recte opinor statuit Sybelius p. 14: nec credibile est Livium vere dubitasse de Britannia, continensne sit an insula.
- Strabo IV. STRABO 'Graecorum nobilis scriptor' c. 2, 12 citatur de Britannia eodemque capite passim adhibetur.
- Mela V. POMPONIVS MELA citatur c. 3, 16, adhibetur nomine suppresso per totum c. 2, item c. 5, 44. 45. 12, 75.
- Lucanus VI. LVCANVS c. 5, 43.
- Iosephus VII. IOSEPHVS 'annalium relator verissimus' c. 4, 29. cum Cassiodorus (inst. div. litt. c. 17) monachis suis commendat tamquam 'paene secundum Livium' et Latine versus monachis suis reliquit.
- Dio Chrysostomus et Cassius Dio VIII. DIO 'celeberrimus scriptor annalium' c. 2, 14 citatur de Britannia eodemque capite alibi quoque adhibetur de Ravenna c. 29, 151. idem auctori est qui c. 9, 58 laudatur 'Dio historicus et antiquitatum diligentissimus inquisitor, qui operi suo 'Getica titulum dedit', item c. 5, 40 'Dio qui historias (Gothorum) annalesque Graeco 'stilo composuit', item c. 10, 65 'Dio historicus' scribens de Odessi obsidione, ut similiter ait Suidas: Δίων ὁ Κάσσιος χρηματίας, ὁ ἐπίκλην Κοκκήσιος (οἱ δὲ Κοκκητιανός) . . . Νικασύς . . . ἔγραψε Ῥωμαικὴν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις π' . . . Ἡερσικά, Γετικά ἐνόδια. sed Geticorum librum tam Cassiodorus quam Suidas male tribuerunt Cassio Dioni con-

tra testem utroque longe magis idoneum Philostratum in vita Dionis Chrysostomi sic scribentem (vit. soph. 1, 7 p. 487): ὡς δὲ καὶ ἱστορίαν ἱκανὸς ἦν ἐγγράφειν, δηλοῖ τὰ Γετικά· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐς Γέτας ἦλθεν, ὅποτε ἦλᾶτο, nam Βορυσθεντικὸν inscriptam orationem intellegere non potuit homo minime imperitus. index operis videtur fuisse Γετικά ἐνόδια, id est Getica collecta in itinere. ex iis Cassiodorium Cassiodoriive auctorem probabile est et alia hausisse et locum Thucydideum de Sitalce (cf. ind. pers. s. v.).

IX. CORNELIVS [TACITVS] 'annalium scriptor' c. 2, 13 citatur eodemque capite Tacitus de Britannia passim adhibetur, sed Agricola solus, non annales, quantum apparet. eiusdem locum de sucino (Germ. 45) item sub. Cornelii nomine citat Cassiodorius var. 5, 2.

X. CLAUDIO PTOLEMAEO 'orbi terrae descriptori egregio' acceptus refertur locus Ptolemaeus c. 3, 16—19 de Scandia. eundem, Latine puto redditum, Cassiodorius (inst. div. litt. c. 25) in bibliotheca monasterii sui iis exponit, quos 'notitiae nobilis cura flam-maverit'.

XI. [DICTYIS] in fabula de Telepho c. 9 auctor adhibuit non quam nos habemus Dictys Latinam interpretationem, sed ipsum archetypum Graecum deperditum (v. p. 71 not. 1).

XII. [SOLINI] collectanea Cassiodorius ipsa adhibuisse non videtur, quamquam Solinus loci quidam (c. 5, 46. 7, 53—55) apud utrumque leguntur ita similia, ut de communi auctore dubitari nequeat. crediderim ex eadem chorographia cum originum rerum mirabilium enarratione coniuncta, ex qua sua Solinus adsumpsit, Cassiodorium descriptiones locorum hausisse, quibus rerum narrationem aut ornat aut onerat.

XIII. [Ad MAPPAM GEOGRAPHICAM] redeunt loci Geticorum figuras quales mappa ^{Mappa geographica} ostendat describentes⁵⁶. ita c. 5, 30 depingitur Scythia verbis his: 'in modum fungi primum tenuis, post haec latissima et rotunda forma exoritur . . . longe se tendens lateque aperiens', item c. 50, 264: 'Pannonia in longo porrecta planitie'. item c. 12, 75: 'Danuvius . . . sexaginta . . . hinc inde suscipiens flumina in modum spinae, quem costas ut cratem intexunt'. item c. 3, 16: 'insula magna nomine Scandza in modum folii citri lateribus pandis per longum ducta concludens se'. ea quoque quae sequuntur de ostiis fluviorum Vistulae et Vagi ad mappam descripta videri observavit Muellenhoff *Weltkarte des Augustus* p. 31⁵⁷. etiam recens insularum oceani Indici c. 1, 6 eodem ordine redit apud Iulium Honorium similis mappae expilatorem. eandem originem produnt quinque loci quibus regiones populivae determinantur secundum quattuor caeli partes, scilicet Callaecia c. 44, 230; Pannonia c. 50, 264; Vandalia c. 22, 114; Dacia c. 12, 74; Scythia c. 5, 31 (cf. 33) respondente descriptione earum non aetati Cassiodorii, sed saeculo fere secundo. nam ut provinciae quattuor supra dictae eae sunt quae fuerunt ante Diocletianum, ita Vandalorum ipse Iordanes ait antiquas sedes determinari suo tempore dudum ab iis relictas. ubi regiones et populos examinamus, qui pro finibus nominantur, similiter reicimur ad aetatem melio-

56) Monui de ea re in actis minoribus Lipsiensibus a. 1851 p. 101, probavitque coniecturam Muellenhoffius *Weltkarte des Augustus* (Kiliae 1856) p. 29.

57) Quae de Tauro traduntur c. 7, 52 — 55, errore Muellenhoffius *Weltkarte* p. 34 ex mappa repetivit immemor locorum Solinianorum quos adscripsi. immo haec venerunt ex auctore eo de quo dixi sub c. XII.

rem. nam regiones Albania p. 62, 2, Dalmatia p. 126, 15, Germani p. 62, 1, Hiberia p. 62, 2, Lusitania p. 116, 22, Moesia superior p. 126, 14, Noricum p. 126, 15, Persis p. 62, 2, Pontus p. 62, 2, Seres p. 61, 19, utriusque aetatis pariter fere apta sunt, at antiquiori soli populi qui nominantur, qui sunt Autrigones p. 116, 20, Bastarnae p. 75, 11, Gothi p. 87, 16, Hermunduri p. 87, 16, Iazyges p. 75, 11, Marcomani p. 87, 16, Roxolani p. 75, 10, Sarmatae p. 75, 11. scilicet praeter Gothos, qui fortasse vere Gothini sunt⁵⁸⁾, et Sarmatas utriusque aetatis pariter convenientes quinque reliquorum populorum nomina post tertium saeculum non comparent, cum antea saepissime eorum mentio fiat. quid quod harum indicationum quaedam affinitas est cum tabula Peutingerana. Daciae fines satis respondent: nam cernuntur in tabula supra Apulum et Napocam *Venadi Sarmate et Alpes Bastarnice*, ubi Iordanes nominat Sarmatas et Bastarnas, nec longe absunt orientem versus *Roxulani Sarmate* respondententes Aroxulani Iordanis; Iazyges secundum nostrum auctorem ab occasu Dacis contermini a tabula absunt. item cum Iordanes antiquam Vandalorum regionem scribat comprehendi inter Marcomanos, Hermunduros, Gothos, Istrum, in Peutingerana Hermunduri et Gothi desunt, Vandali autem perscripti sunt ad sinistram Danuvii et super eos scriptum 'Marcomanni'. ut de illa finium indicatione iudicabitur, hic quoque constat secundi saeculi condiciones explicari, cum praesertim quae praeterea apud Iordanem inveniuntur regionum populorum oppidorum vocabula omnia sexto saeculo recte conveniant⁵⁹⁾.

— At exceptionem faciunt loci duo praeterea simillimi alter de Moesia c. 9, 59 descriptus ex chorographia Orosii in eodem capite citati, alter de Suabia⁶⁰⁾ c. 55, 2§0 a Cassiodorio opinor ad ipsius locorum notitiam formatus: nam Suabi ut a Suebis non

58) Viri docti, in his qui diligentissime haec perscrutatus est Zeussius (*die Deutschen* p. 447), propter solum hunc locum admiserunt Vandalos imperante Constantino Daciam Transdanuvianam sedem habuisse, neque dubium est Iordanem id significare voluisse. sed si recte demonstravi haec eum de mappa posuisse, videndum est annon recte eam intellexerit. scilicet si cum Tacito Hermunduribus sedem attribuimus ad caput Albis fluvii, Gothos autem Iordanis habemus pro Gothinis, demonstratio finium apud Iordanem relata apte convenit sedibus quas Vandali habuerint necesse est bello Marcomanico; crediderimque Iordanem, cum Gothinos pro Gothis haberet, ii autem eo tempore in 'Scythia' habitarent, propterea Vandalos in Dacia Transdanuviana collocavisse et ob eam causam bellum inter Vandalos et Gothos post amissam a Romanis Daciam collocavisse.

59) Quae ex utroque Iordanis libello colliguntur indicationes geographicae demptis iis, quas ab auctoribus antiquioribus transtulit, repraesentant eum rerum publicarum statum qui tum fuit. scilicet in partibus Occidentis quae ad Italiam pertinent, eam provinciarum ordinationem sequuntur, quae instituta ab imperatoribus mansit sub Theoderico; extra Italiam pro provinciis imperatoris substituta sunt regna quae tum fuerunt. de partibus Orientis quae traduntur in universum conveniunt cum Notitia provinciarum edita paullo ante a. 535, id est eo ipso tempore, quo scripsit Cassiodorius, Synecdemum dico Hierocles, quodque auctor novit imperium Orientis, id est quod fuit sub Iustiniano ante bella ab eo in Occidente gesta. differunt Hierocles et Iordanes eo, quod ille Pannoniam (sic nude) cum civitatibus duabus solis Sirmio et Bassianis imperio Orientis adiudicat, contra Iordane teste c. 58, 300 Sirmium certe sub Theoderico fuit, quocum convenit Procopius anecd. 18 p. 108 Bonn.: κατέτεινε ἡ Γότθων ἀρχὴ πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου ἐκ Γάλλων τῆς γῆς ἄχρι τῶν Δακίαις ὄριων, οὗ δὲ πάλιν τὸ Σίρμιον ἐστὶ, ut mittam auctores Gothos Cassiodorium chron. a. 504 et var. 8, 10 et Ennodium paneg. p. 410 Sirm. at cum Theodericus hanc regionem non cum reliqua Italia et Illyrico obtinuerit, sed postea demum Gepidis eripuerit, probabile est Orientis imperatorem provinciis Theoderico iure concessis hanc non adnumerasse, itaque Hieroclem statum rerum enarrare eum, qualis esse debuit secundum imperatores Byzantios, Iordanem, id est Cassiodorium eum qui tum fuit. eodem referendum est, quod paullo post obitum Theoderici Amalasuentha 'contra Orientis principis votum Romanum fecit esse Danuvium' (Cassiodor. var. 11, 1).

60) Cum Savia provincia, quae et ipsa non raro Suavia dicitur, Suavorum agrum Iordanes confudit, sed ut quid Cassiodorius voluerit dubium esse non possit. vide indicem locorum.

diversi sunt, ita illo nomine vix ante sextum saeculum appellantur, denique inter quos habitare dicuntur populi Franci Burgundiones Thuringi Baiuvarii Cassiodorianae aetatis sunt omnes; Baiuvarios adeo qui nomen tempore primi, Iordanes sunt et superis aetatis auctor laterculi cuiusdam populorum Francici⁶¹). sane ut Ravennae situs describitur c. 29, 149 simili ratione, sed certe non de mappa, ita etiam sine ea populos sibi notos ad eam formam Cassiodorius describere potuit. — Ceterum utrum Cassiodorius usus sit ipsa mappa mundi saeculi fere secundi an epitome inde confecta tali, qualem repraesentant nobis libelli qui extant Iulii Honorii et geographi Ravennatis, incertum est; nam etiam quae de figura provinciarum apud Iordanem leguntur, ut Scythiae cum fungo comparatio, in eiusmodi compendio scripta esse potuerunt. commendat hanc originem, quod ipsam Iulii Honorii cosmographiam Cassiodorius (inst. div. litt. c. 25) magnis laudibus extollit, potestque eam adhibuisse forma pleniore quam nos eam habemus.

XIV. DEXIPPVS c. 22, 113 citatur, ubi agitur de Vandalorum protectione ab Oce-^{Dexippus} ano ad fines imperii Romani. praeterea veriloquium de Herulis c. 23, 117 quod Ablabio acceptum refertur venit a Dexippo. probabile est utroque loco Dexippum per Ablabium citari.

XV. FABIVS, a quo sumpta est pars descriptionis Ravennae c. 29, 151, quinam^{Fabius} fuerit, nescio. possis conicere ibi, ubi Iordanes legerit Fabium, Cassiodorium nominasse Ablabium: sed ei opinioni non multum tribuo.

XVI. [AMMIANVS] res gestas ipse ait scripsisse se ab exordiis Nervae ad interitum^{Ammianus} Valentis; superat operis operumve pars postrema inde ab annis extremis Constantii II. iam Iordanes quidquid habet ex historia Romana ad hanc aetatem (a. 353—378) pertinens, scilicet c. 24, 126. 127. 128⁶²). c. 25. 26, ex Ammiano sumpsit, pauca sane, quoniam a Constantino ad Valentem saltu transiit: id quod fecit consulto, eo quod post Claudii et Aureliani victorias fere ad tempora Valentis ipso Ammiano teste 31, 5, 17 'Gothi per longa saecula siluerunt immobiles' aut certe clades tantum suas annalibus inscribendas dederunt (cf. Anon. Vales. 31). optime igitur Schirrenus p. 31 coniecit ea quoque quae ex simili auctore deprompta leguntur c. 16, 89—93. 18, 101. 20, 109. 21, 111. 112 (vide quae adnotavimus ad c. 16, 93. 18, 101. 103. 20, 108) pertinentia ad imperatores a Philippo ad Constantinum I proficisci ex commentariis Ammiani deperditis. inter Domitianum et Philippum quod solum ex Romanis historiis auctor interposuit caput de Maximino ipse ait ex Symmacho proficisci. narrationem c. 17 de bello inter Gothos et Gepidas gesto quaeque traduntur de Gebericho et Ermanaricho c. 22. 23. 24 eo minus dubitari potest non ex Ammiano petita esse, quod Ermanarichus secundum Iordanem a fratribus Saro et Ammio interfectus est. secundum Ammianum 31, 3, 2 propter Hunnorum metum voluntariam mortem sibi conscivit. ea denique, quae de

61) Muellenhoff in actis maioribus acad. Berolinensis a. 1862 p. 537. adsentitur Waitz *deutsche Verfassungsgeschichte* 2^e p. 74.

62) In descriptione Hunnorum apud Iordanem multa inesse ita sumpta ex Ammiano, ut ipsa eius verba redeant, in adnotatione demonstratur: addendum p. 91, 10 verba *quod genus* (Hunnorum) *expeditissimum multarumque nationum grassatorem Getae ut viderunt, pavescunt venire* ex Ammianis 31, 2, 12: *hoc expeditum indomitumque hominum genus* (Hunnorum), . . . *per rapinas finitimorum grassatum* et c. 3, 1: *Huni . . . Ermanarichi pagos repentino impetu perruperunt.*

Gothorum fortiter factis sub Diocletiano et Constantino afferuntur c. 16, 91, 21, 110, ad illam, quam Ammianus testatur, victoriarum Gothicarum intermissionem aliquatenus explendam Cassiodorius aut ex Orosio adscivit aut ad Orosium interpolavit. — Ceterum quae ex Ammiano quatenus superest exscripta apud Iordanem leguntur, omnium optime ostendunt non solum quanta levitate Cassiodorius rem perfecit (cuius culpa tamen partem in Iordanem transferre licebit), sed etiam quam mala fide studio Gothorum suorum tradita perverterit: quod insigni exemplo monstrat narratio de evasione Fritigerni c. 26, 136.

Continuator
Ammiani

XVII. [CONTINuator AMMIANI] aliquis videtur adhibitus esse in iis quae interposita sunt inter excerpta Ammiana, quae finiunt c. 26, 138, et Prisciana, quae incipiunt c. 34', 178: quamquam Prosper quoque, item consularia in his usurpata sunt. Koepkius (*Anfänge des Königthums* p. 81) cogitavit de Eunnatio propter epitomatoris eius Zosimi locum 4, 34 de expeditionibus Fritigerni et Alathe Safracisque: sed similitudo non ea est quae sufficiat.

Rufinus

XVIII. [RUFINI] Aquileiensis (c. a. 345—410) praefationem versionis commentariorum Origenis de epistula Pauli ad Romanos paullo mutata et Castalio inscriptam Iordanem malo plagio Geticis praeposuisse Sybelius primus animadvertit (v. p. 53). quod ait Schirrenus p. 22 non plagium eum committere voluisse, sed a Rufino citando utpote orthodoxae fidei addictum abstinuisse, aliena proferre se insinuavisse insertis verbis p. 53, 4 'ut quidam ait', mihi non probavit: ea enim qui legit referat necesse est non ad praefationem, sed ad figuram de pisciculis ex Graecorum stagnis sublectis.

Prosper

XIX. [PROSPERI] continuatio Hieronymianorum ad annos perveniens 379—455, ex qua Cassiodorius chronicum a. 519 editum potissimum compilavit quamque item monachis suis (inst. div. litt. c. 17) commendavit, ad Getica duos solos locos⁶³ contribuit c. 34, 177 narrationem de Litorio cum ipsis consulibus ex Prospero translata (v. ind. person.) alteramque c. 42, 223 de papae Leonis ad Attilam legatione ex eodem auctam. ad Cassiodorium haec redire inde sequitur, quod in Romanis annalium Prosperianorum nullum vestigium reperitur.

Priscus

XX. PRISCVS 'historicus' natione Thrax ex Panio oppido provinciae Europae citatur c. 24, 123. 34, 178. 35, 183. 42, 222. 49, 254. 255: praeterea ex fragmentorum eius alibi servatorum cum Iordanianis consensu certum est proficisci ab eo locos c. 24, 126. 36, 184. 42, 223. 43, 225, verisimile c. 3, 21⁶⁴). scripsit is *ἱστορίαν Βυζαντιακὴν καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἀττίλαν* teste Suida, cum in excerptis Constantinianis aut

63) Errore Hertzbergius (*Historien des Isidorus* p. 50) ex Prosperi adnotatione ad a. 453: 'Attila . . . mortuo magna primum inter illos ipsius certamina de obtinendo regno exorta sunt' ait Iordanem hausisse c. 50, 259. nam verborum tenor differt, nec recte is qui de dissidiis illis accurate refert, generale exordium plane necessarium creditur mutuatus esse ab auctore de singulis tacente.

64) Narrationes duae de Scythofinnis Procopii b. Goth. 2, 15 et Iordanis 3, 21 vel potius Cassiodorii aperte ab eodem auctore pendent, et cum utrumque constet Prisciana adhibuisse, non improbabile est ea quoque venire a Prisco, quamquam ad Attilam certe haec non pertinent possuntque item sumpta esse ex nescio quo mirabilium scriptore Graeco. de iisdem quae narrat Paulus diaconus hist. Lang. 1, 5 cum non ex Iordane petita sint, sed Procopianis similia, ea statuendum est Paulum hausisse ex Secundo Tridentino (vide quae exposui *Neues Archiv* 5 p. 72 sq.), Secundum ex Cassiodorio. — Rom. 333 cum referatur de bello Marciani adversus Nubades et Blemmyes, mero casu de eodem praeterea unus Priscus (fr. 21 p. 100 Muell.) nobis testis est, neque enim ex Prisco illa Iordanes adscivit, sed ex consularibus suis.

ἱστορία Βοζαντικῆ inscribatur aut Γοτθικῆ: probabile autem est vel in ipso indice Attilae eum nomen posuisse, cum satis constet Priscum et ab Attila incepisse et maxime elaborasse in explicandis rebus regis, ad quem ipse a. 448 inter legatos ivit quemque propter eum solum ita novimus, ut ex eorum saeculorum viris non Romanis solius Attilae vivida imago hodie supersit. perveniunt Prisci fragmenta ad a. 471 probabiliterque statuunt viri docti eum substitisse ad a. 472, cum Malchus incipiat a sequenti Leonis imperatoris septimo decimo (Mueller vol. 4 p. 69). — Priscianorum egregiam partem Iordanes servavit duobus locis, scilicet historiae Vesegotharum inseruit indolis Attilae adumbrationem et expeditionum duarum in Galliam susceptarum narrationem a c. 34, 178 ad c. 43 extr., Ostrogotharum autem rebus a c. 49, 254 ad c. 50, 263 interposuit narrationem de morte Attilae et sepultura, item de dissolutione imperii post ipsius obitum⁶⁵). utriusque loci principio Priscus nomine citatur exordiaque, maxime prioris, nullo modo cum praecedentibus coniunguntur, sed plane abrupta procedunt. item distinguuntur duo loci argumento, quod totum vertitur in Attilanis et regis Hunnorum indolem et res gestas solas respicit, ut apud Iordanem neque de Attila quicquam legatur, quod non sit Prisci, neque quicquam Prisci, quod non sit cum Attilae rebus coniunctum. sed omnium maxime capita haec distinguit propria nobilitas et egregium scriptoris ingenium eo magis insignia, quod tamquam faces e tenebris Prisciana haec emicant ex Iordanianis et luce quidem vix temerata: nam inter Prisciana locos, quos probabile sit Iordanem aliunde adscivisse, non reperiri nisi tres⁶⁶), primum c. 40, 209, ubi victoriae meritum in proelio in campis Catalaunicis pariter atque in chronico Casiodoriano male ad Gothos trahitur, alterum de papae Leonis ad Attilam legatione c. 42, 223 ex Prosperi chronico auctum, tertium de caede Bledae c. 35, 181, non tam quod eius praeterea soli annales Romani meminerunt quam quod sententia addita 'librante iustitia detestabili remedio crescentem deformes exitus invenisse' Prisci gravitati et simplicitati parum convenit. neque enim auctores tam dissimiles cogitari possunt quam sui dissimilis est Iordanes, scilicet vulgaris et Priscianus. illic omnia exilia hiantia tumentia luxata obscura interpolata: hic narratio recte et plane procedit. interponuntur orationes similiaque (p. 107, 3. 110, 12. 124, 13), quibus rerum status optime explicatur et magnae res condigna gravitate illustrantur, ut pulcherrimum de Attila mortuo carmen omnes Alexandri laudationes longe post se relinquit. variorum populorum proprietates recte distinguuntur notabilisque est locus p. 125, 20 de armorum diversitate. homines depinguntur ad vitam et verum (p. 105, 15. 110, 1. 123, 18), causae rerum rationesque et perite indicantur et religiose, ut quid in coniectura positum sit, non taceatur (ita de Attilae militum numero p. 105, 12, de pyra p. 112, 19, de Honoria p. 115, 11). sermo quoque totus differt. sententiae interponuntur, rhetoris sane, quem locum Priscum tenuisse traditur, iusto frequentiores nec semper

65) Fortasse quae de filiis Attilae Iordanes habet c. 50, 266. 53, 272 (cf. 52, 268), item ad Priscum redeunt, cum praesentim in Priscianis excerptis aliis similiter atque apud Iordanem Dingizich Romanis infestus appareat, Ernach magis amicus. in enarrandis rebus Moesiacis et Thracicis post Attilae excessum Iordanes relata apud Priscum et sibi ipsi visa et audita contaminavisse videtur.

66) Accedunt his minora studio Gothico fucata ea quae mox commemorantur, item Ablabiana ea de quibus agitur p. XXXIX.

egregiae, sed minime inscitae (p. 107, 1. 23. 108, 11. 109, 13. 113, 16. 125, 13. 128. 2); item figurae et similitudines non infelices (ut p. 110, 3: 'reliqua si dici fas est turba regum . . . ac si satellites nutibus Attilae attendebant et ubi oculo adnuisset, absque aliqua murmuratione cum timore et tremore unusquisque adstabat' et p. 112, 13: 'velut leo venabulis pressus speluncae aditus obambulans nec audet insurgere nec desinit fremitibus vicina terrere'). ipsi illi Gothici colores tumidi et inepti in his rareseunt (cf. praesertim adn. ad c. 40, 210, item p. 107, 17. 109, 18. 110, 1) et solitis soloecismis quamquam non abstinet epitomator (qui enim potuit?), tamen ex barbarico iam videmur in civilem vitam rediisse et pro infantia monachi Moesiaci humanos sermones exaudire. omnino de Prisco similiter evenit, atque supra in Floro vidimus, ut narrationis pulchritudo et barbari Alexandri laudes insignes etiam per Cassiodorianos calamistros elucentes humilis scriptoris animum ferirent et tamquam numine verae historiae tactus describeret ea magis quam compilaret. ut a legationis Prisci ad Attilam pulcherrima descriptione, quam ipsam habemus, haec longe absunt, ita egregius rerum scriptor vel apud Iordanem minus dissimilis sui evasit quam expectaris. hoc autem nomine reliqua Prisciana longe vincuntur a reliquiis quas Iordanes servavit, quod cum illa tractent argumenta communia fere et tenuia, hic versamur in penetralibus historiae et summae gravitatis rebus.

Quae de Prisco Iordanis auctore in narrationibus Attilanis posuimus ut expleantur, non omittenda est quaestio, unde Gregorius Turonensis hist. Franc. 2, 7 petiverit narrationem de duabus Attilae in Galliam expeditionibus ita comparatam, ut demptis piis excursibus ad sanctuaria sanctosque Tungrenses, Mettenses, Aurelianenses, Romanos pertinentibus sine dubio miraculorum scriptori propriis reliqua Iordanianis simillima et quodammodo paria sint⁶⁷⁾. ea similitudo talis est, ut aut ex ipso Iordane auctoreve eius Cassiodorio Gregorius sua petierit necesse sit aut certe uterque pendeat ab auctore communi. sed illi coniecturae adversantur cum indicia quaedam in ipsa narratione sese prodentia⁶⁸⁾ tum praesertim, quod Gregorius mox Aetii indolem enarrans auctorem laudat Renatum Profuturum Frigeridum, cui item deberi quae praecedunt in eiusdem Aetii rebus gestis potissimum versantia ratio suadet. sed Frigeridum auctorem a

67) Ipsa adscripti adiectis paginis Iordanianis, ut de re facile quis iudicet. — Hist. Franc. 2, 6: 'Chuni a Pannonis egressi [p. 116, 1] ut quidam ferunt c. 7. (Attila) Mauriacum campum adiens [p. 108, 6] se praecingit ad bellum Aetius cum Gothis [p. 107, 3 sq.] Francisque [p. 108, 3] coniunctus adversus Attilanem confligit. at ille ad internicionem vastari suum cernens exercitum fuga dilabitur. Theodorus vero Gothorum rex huic certamini succubuit [p. 111, 20] verumtamen Aetius patricius cum Thorismodo victoriam obtinuit [p. 112, 3] hostesque delevit. expletoque bello ait Aetius Thorismodo: 'festina velociter redire in patriam, ne insistente germano patris regno priveris [p. 113, 12]. haec ille audiens cum velocitate discessit [p. 113, 16] quasi anticipaturus fratrem et prior patris cathedram adepturus. simili et Francorum regem dolo fugavit. illis autem recedentibus Aetius spoliato campo victor in patriam cum grandi reversus est spolio. Attila vero cum paucis reversus est, nec multo post Aquileia a Chuniis capta, incensa atque diruta [p. 114, 5. 18], Italia pervagata atque subversa est [p. 114, 20]. Thorismodus, de quo supra meminimus, Alanos bello edomuit [cf. p. 115, 20]. ipse deinceps post multas lites et bella a fratribus oppressus ac iugulatus interiit [p. 116, 12]'.
68) Extrema scilicet Gregorius paulo accuratius refert quam Iordanes. nam Thorismodum bello domuisse Alanos Iordanes innuit magis quam enuntiat, similiterque periisse eum insidiis ita narrat, ut fratrum mentionem non faciat, cum reliqui auctores discrete scribant insidias ei struxisse fratres Theudericum et Fridericum (cf. Idacius ad a. 453; Prosper ad a. 454; Isidorus hist. Goth. 30). denique regis Francorum Iordanes mentionem non fecit.

nemine praeterea laudatum aetatisque plane incertae in rebus Attilanis et ipsum pendere a Prisco et per se probabile est (nam in universum de Attila quae posterius tradiderunt, ei auctori potissimum debent) et ipsa illa Aetii egregia descriptio⁶⁹⁾ vel maxime suadet: simillima enim est Priscianae Attilae et iis coloribus adumbrata, quos Prisci esse constat.

XXI. ABLABII 'descriptoris Gothorum gentis egregii verissima historia' adlegatur ^{Ablabius} c. 4, 28, item laudatur 'Ablabius historicus' c. 14, 82. 23, 117 ab alio nullo nominatus⁷⁰⁾. id nomen vel potius signum formatum consuetudine quae a tertio inde saeculo invaluit (nam ex ἀβλαβίς factum est ut Alethius Epiphanius Eugenius Eusebius Euanthius aliaque complura ex similibus bonae significationis adiectivis⁷¹⁾ cum et consul ordinarius a. 331 gesserit (C. I. L. III, 352) et alii non pauci⁷²⁾, nullus inter eos est cui cum aliqua probabilitate historiam illam Gothicam tribuas, nec solum aetas scriptoris in coniectura posita est, sed ne hoc quidem constat, num Graecus fuerit an Romanus Gothusve et utrum Graece scripserit an Latine. nam signa illa Latina declinatione ex Graecis plerumque vocabulis formata etsi in Occidente coeperunt, utriusque parti imperii communia sunt, quaeque ex Ablabio Iordanes affert, veriloquium quoque Graecum de Herulis c. 23, 117, tam ex Graeco quam ex Latino auctore derivari potuerunt. — Optandum foret, ut de Ablabio accuratius constaret: nam quae adsunt apud Iordanem petita ex narrationibus Gothorum, ut constat Iordanem debere Cassiodorio, ita si quid video Cassiodorius ex Ablabianis sublegit. Cassiodorium natione Bruttium, fortasse ne linguae quidem Gothicae peritum (certe testimonia desunt) et per totam vitam in summa re publica versatum non solum parum probabile est carmina illa et fabulas ex ore popularium ipsum collegisse, sed id

69) Eam quoque (l. 2, 8) apponere visum est: 'medii corporis, virilis habitudinis decenter formatus, quo neque infirmitudini esset neque oneri, animo alacer, membris vegetus, eques promptissimus, sagittarum iactu peritus, conto impiger, bellis aptissimus, pacis artibus celebris, nullius avaritiae, minimae cupiditatis, bonis animi praeditus, nec impulsoribus quidem pravis ab instituto suo devians, iniuriarum patientissimus, laboris appetens, impavidus periculorum'.

70) Nam quod scribit Rupertus abbas Tegerensensis in epistula (edita apud Pezium et Hueberum cod. diplomat. VI, 2 p. 53) hac: 'E. benignissimo scientiae clavigero B. intimus amicus et ipsum introire et aliis introitum aperire. rogo benivolentiam tuam, dilectissime, ut aliquos ex subiectis mihi transmittere digneris, vel scilicet Plinium de naturali historia vel Ptolemeum de cosmographia vel Blavium de gestis Gothorum vel Marcellinum de situ Hierosolymorum et Constantinopolitanorum vel Lactantium de ira dei vel Augustinum contra Iulianum vel aliquod opus Tertulliani. Ieronimum in Iob vel Leviticum magnopere desiderarem si usquam haberi sperarem', venit sine dubio ex lectis ei Geticis Iordanis. — Simili, sed minus excusabili errore nuper Paulus Buchholz (*die Quellen der historiarum decades des Flavius Blondus*. Naumburgi 1881), p. 24 sq., 131 sq. contendit Blondum, qui modo Iordanem adlegat, modo Priscum Ablabiumve, praeter Iordanem ipsum Ablabium adhibuisse, quamquam quae affert Blondus ex Ablabio, omnia et ex parte ad verbum redeunt apud Iordanem: nisi forte hoc Ablabii est regem Francorum, cuius nomen in proelio Catalaunico narrando Iordanes non ponit, fuisse Meroveum.

71) Composuit eos Schirrenus p. 36—41 diligenter magis quam fructuose. addo Ablabium Murenam ex vita Claudii Gothici c. 15, quoniam, licet epistula ipsa spuria sit, eius nominis antiquissimum quod notum exemplum praebet. ceterum ne quem deinceps decipiat sententia, quam sumptam 'ex sexto decimo Theodosii imp. libro, capitulo videlicet undecimo, ad interrogata Ablavii ducis illi et omnibus rescriptam' referunt capitularia spuria (M. G. LL. II, 2 p. 91), moneo significari non rescriptum nescio quod Theodosii iunioris ad duces Ablabium datum, ut visum est Schirreno, sed constitutionem Sirmondianam primam datam a Constantino ad Ablabium consulem a. 331, quae in quibusdam libris adscribitur Codicis Theodosiani l. XVI tit. 11 de episcopali iudicio (v. Haenel de const. Sirmondi p. 16).

72) De patrocinio quod Ablavii forma barbara apud quosdam viros doctos nacta est et de veriloquiis eius vocabuli quae dicuntur Gothicis humanum est tacere.

se fecisse ipse negat. nam qui scribit (c. 5, 38): 'nec eorum fabulas alicubi reperimus scriptas, qui eos (Gothos) dicunt in Brittania . . . in servitutem redactos 'et in unius caballi pretio a quodam ereptos' et reprehendens eos qui de Gothorum origine aliter atque ipse statuunt adiungit 'nos potius lectioni credimus quam fabulis 'anilibus consentimus' (Cassiodorii enim magis haec omnia esse quam Iordanis paene certum est), is satis significat quidquid referat, ex libris se sumpsisse, ipsiusque huius de redemptione Gothorum ex Britannia fabellae aliquam commemorationem apud auctorem sine dubio deprehendit. id autem si ita est, inter auctores qui citantur apud Iordanem nullus est, cui has fabulas acceptas ferre possis excepto Ablabio. eius e contrario de Gothica historia merita vel in epitoma ita praedicantur, ut distinctum inter auctores adhibitos memoratosve locum ei non possimus non tribuere. locos quibus adlegatur ubi examinamus, primum inde efficitur Ablabium non in rerum Romanarum enarratione de Gothis dixisse, sed de ipsis rebus Gothicis commentarios edidisse, id quod ex auctoribus apud Iordanem laudatis praeterea in Dionem Chrysostomum solum cadit. deinde omnes ostendunt Ablabium egisse de Gothorum originibus, id quod proxime coniunctum est cum narrationum illarum popularium relatione. denique primo loco quae de 'priscis Gothorum carminibus paene historico ritu' afferuntur, ita coniuncta sunt cum Ablabii commemoratione, ut ad ipsum haec quoque pertinere videantur⁷³). praeterea ex tertio loco efficitur Graecos auctores ab Ablabio adhibitos esse, cum ex eo citentur quae constat esse Dexippii. itaque cum non solum Gothica doctrina, qualis Iordanianis inest, sed Graeca quoque Cassiodorii ingenium superare videatur, etiam huius bonam partem per Ablabium suam eum fecisse crediderim. ea praesertim quae ex Prisco citantur ab Ablabio proficisci inde probabile redditur, quod quae de Vidigoia cantu maiorum celebrato traduntur duobus locis c. 5, 43 et 34, 178, sine dubio ab eo auctore profecta sunt, a quo Gothicae narrationes veniunt, id est si verum vidimus ab Ablabio, altero autem loco cum Prisci relatione ita implicita, ut Cassiodorium utramque narrationis partem ipsum coniunxisse parum probabile sit. item in narratione de origine Hunnorum quae Prisco accepta feruntur quaeque de Haliurunnis narrantur nullo modo ad Priscum referenda ita pari tenore decurrunt, ut magis credideris duas narrationes non conflavisse Cassiodorium, sed conflatas ante expilavisse. — Haec si recte disputata sunt, fuit quidam sive Gothus sive Romanus Graecusve Gothice doctus, certe qui pariter atque Amalasuintha tres linguas calleret, nomine Ablabius, qui in Gothorum origines et res gestas inquirens tam ipsorum cantus vetustos in usum vocaret quam Graecorum auctorum narrationes. quo tempore

73) Similem sententiam cum olim Sybelius proposuisset, contra dixit Schirren p. 36 ipsumque Sybelium (*Königthum* ed. 2 p. 193) iam habet adsentientem. nihilo minus illa opinio eatenus mihi certa videtur, quatenus per barbaras has tenebras ad certam persuasionem perveniri potest. primum quod opponunt Ablabium non commemorari in migratione Gothorum e Scandia in Scythiam, sed tantummodo in rebus Scythicis, aliquid ponderis haberet, si narrationis alius auctor afferretur. at cum nullus adscribatur, non is Iordanes est, quem tuto contendas eo ipso loco, quo primum scriptore aliquo utitur, eius nomen posuisse. deinde quod aiunt loco primario c. 4, 28 carmina Gothorum non secundum Ablabium laudari, immo iuxta poni carmina et ipsum, verum est; sed ita compilatores omnes agunt egitque ipse Iordanes sive is Cassiodorus est, citans c. 2 Livium et Cornelium, ubi Tacitus adhibitus est Livium laudans. Iosephi quoque locus haud scio an et ipse ex Ablabio in Cassiodoriana venerit.

vixerit, parum constat; crediderim tamen scripsisse eum non multum ante Cassiodorium regnante Theoderico, ante quem Romanorum Gothorumque coniunctum regnum stabilientem vix credibile est virum doctum sive Gothum sive Romanum tale opus aggressurum fuisse. huic probabile est maximam et utilissimam partem historiae Gothicae Cassiodorianae deberi, neque omittendum primariam operis divisionem secundum tres Gothorum sedes relatam c. 5, 38—42 ipsi Ablabio quodammodo acceptam referri (c. 14, 82). singillatim Ablabiana ut persequamur quamquam fieri non potest, tamen ubi ad cantiones maiorum provocatur (ut de capillatis c. 11, 72) legesque Gothicae belagines commemorantur (c. 11, 69) aut nominum formae produnt scriptorem Gothice doctum, id quod cadit in descriptionem Scandiae (c. 3) et stemma Amalorum (c. 14) et Gepidarum originem (c. 17) et recensum populorum in ditione Hermanarici constitutorum (c. 23, 116), ibi probabile est Ablabium auctorem subesse.

XXII. SYMMACHVS 'in quinto historiae libro' c. 15, 83 (cf. c. 88) vitam imperatoris Maximini enarravit. secundum anecdotum cod. Caroliruhensis (infra p. XXXX) Symmachus consul ordinarius a. 485 (eum enim significari recte intellexit Vöener) 'parentes suos imitatus historiam quoque Romanam septem libris edidit', cuius praeter Cassiodorium nemo meminit. locus quem servavit Iordanes cum ad verbum fere conveniat cum narratione, quam legimus nos in vita Maximini corpori scriptorum historiae Augustae inserta sub nomine Iulii Capitolini, nisi quod Christianorum persecutionem Maximino exprobrat Symmachus secutus auctores christianos (Eusebius hist. eccl. 6, 28; Oros. 7, 19) eamque ruinae eius causam fuisse ait magis pro sua pietate quam pro veritate rei, dubium non est ex illo corpore Symmachum sua mutuatum esse.

XXIII. CONSULARIUM vestigia in Geticis, scilicet in parte quae Cassiodorii aut est aut certe esse potest (nam de reliqua supra p. XXIX diximus), praeter paucissima Hieronymiana et Prosperiana, de quibus p. XXVI. XXXIV dictum est, apparent fortasse ad a. 411—427 c. 32, 165. 166, certo ad a. 455—477 per c. 45. 46: coeperunt igitur aut a fine Prosperiani aut, quod magis crediderim, a fine Hieronymi. ita autem comparata fuerunt, ut in ea item perveniant quae loco modo citato disputavimus de annalium ab Iordane adhibitorum cum Marcellinianis et similitudine et diversitate. accedit in his, quod Cassiodorius scribens inter a. 526 et 533 Marcellini volumen editum a. demum 534 adhibere non potuit; ab eo autem haec proficisci, non ab Iordane probabile est, cum narrationis tenor nullo modo variet, neque defuisse Cassiodorio horum quoque temporum consularia vel ex chronico ab ipso a. 519 edito intellegatur. — Deinde in rebus Theoderici narrandis Cassiodorius adsumpsit, ut debuit et ut ante fecerat in chronico modo citato, consularia ea quae hodie dici solent Ravennatia tota imbuta spiritu regni Theodericiani, sive ea publico consilio edita sunt sive, quod prudentiores praeferent, a laudatore aliquo status praesentis. suis annalibus quamquam non usus est propter brevitatem, loci quos ibi Prosperiana brevians ob Gothica studia mutaverat, in Geticis plane similiter tractantur, ut demonstrabunt quae adnotavi c. 18, 103 de Decio, c. 28, 144 de Athanarico, c. 30, 154 de proelio Pollentino, c. 30, 156 de Roma capta, c. 32, 166 de Vandalorum in Hispanias 'fuga', c. 40, 209 de proelio in campis Catalaunicis, c. 42, 221 de obsidione Aquileiae. luculenter igitur in minore opere germina apparent maioris.

Cassiodorius XXIV. Flavius Magnus Aurelius CASSIODORIVS SENATOR⁷⁴), de cuius vita nuperime optime egit Hermannus Vsener (*Festschrift zur Philologenversammlung in Wiesbaden* 1877 p. 66 sq.), e Brutiis originem trahens (var. 1, 4), avum habuit sub Valentiniano III († 455) tribunum et notarium (var. 1, 5), patrem sub Odoacro et Theoderico summis officiis functum et ab hoc patricium factum (var. 1, 4. 5). ipse primaevus post a. 500 quaestor sacri palatii factus est (var. 9, 24; Vsener l. c. p. 69), mox patricius et ipse (Vsener l. c. p. 16. 70), deinde a. 514 consul ordinarius, postea magister officiorum (var. 9, 24; anecdotum apud Vsenerum p. 16), quod officium per multos annos retinuisse videtur (var. 9, 24: 'quo loco positus semper quaestoribus affuisti'), certe obtinuit cum obiit Theodericus a. 526 eique successit nepos Athalaricus (var. 9, 25), deposuit autem factus praefectus praetorio a. 533/4 (var. 9, 24. 25). Athalarici mortui a. 534 successorem Theodahadum publice laudavit (Haupt opusc. 3, 303) et ei quoque, item qui ei successit a. 536 Vitigi regi quaestorium officium exhibuit, neque a rebus publicis recessit ante a. 537/8 (var. 12, 16. 27). devictis Gothis vitam saecularem reliquit et monachus factus postquam nonagesimum tertium annum agens librum de orthographia edidit, grandaevus obiit. — Historiae Gothicae cum epitomam Iordanes se proponere ipse scribat in praefatione Geticorum —: 'suades, ut nostris verbis duodecim Senatoris volumina de origine actusque Getarum ab olim et usque nunc per generationes regesque descendentem (sic) in uno et hoc parvo libello coartem' — et quae praeterea de eo opere tradita habemus ad iudicium de Iordanianis ferendum plane necessaria sint, componemus primum quae de eo supersunt testimonia profecta omnia ab ipso auctore, neque enim quisquam praeter ipsum et Iordanem eius meminit. eorum locorum tempore primus est epistula var. 9, 25 scripta a. 533 ante k. Sept. sub nomine Athalarici ad senatum urbis Romae: 'tetendit se (Cassiodorius) in antiquam prosapiam nostram lectione discens quod vix maiorum notitia cana retinebat. iste reges Gothorum longa oblivione celatos latibulo vetustatis eduxit. iste Amalos cum generis sui claritate restituit, evidenter ostendens in decimam septimam progeniem stirpem nos habere regalem. originem Gothicam historiam fecit esse Romanam colligens quasi in unam coronam germen floridum quod per librorum campos passim fuerat ante dispersum. perpendite, quantum vos in nostra laude dilexerit, qui vestri principis nationem docuit ab antiquitate mirabilem, ut, sicut fuistis a maioribus vestris semper nobiles aestimati, ita vobis regum [codd. rerum] antiqua progenies imperaret'. idem praefectus praetorio et munus iniens in epistula ad senatum 11, 1 licet historiam non nominatim citet, regum Amalorum seriem (vide c. 14) inde aperte deprompsit, et 12, 20 ea citat quae Iordanes c. 30, 156 (ubi locum attulimus) in compendium redegit. denique in praefatione variarum, quae scripta videtur c. a. 538, sic ipsum adloquuntur amici: 'duodecim libris Gothorum historiam defloratis prosperitatibus condidisti: cum tibi in illis fuerit secundus eventus, quid ambigis et haec publico dare, qui iam cognosceris dicendi tirocinia posuisse?' ad haec nuper accessit codice Caroliruhensi servatus 'ordo generis Cassiodoriorum eorumque (cod. casiodorumq) qui scriptores ex-

74) Propter nomina videantur Vsener l. c. p. 16 et Rossius inscr. chr. 1 p. 431. legitimum nomen ei fuisse Senatori fasti ostendunt eo solo nomine utentes: Cassiodorius signum fuit pariter atque Ablabius similiaque (v. p. XXXVII). itaque etiam grammatica ratione forma in *-ius* sola probabilis est.

‘titerint ex eorum progenie vel qui eruditi’ (*cod. vel ex quibus eruditis*) editus ab Vsenero l. c., unde huc pertinent extrema: ‘Cassiodorus Senator vir eruditissimus ‘et multis dignitatibus pollens iuvenis adeo dum patris Cassiodori patricii et praefecti ‘praetorii consiliarius fieret et laudes Theodorichi regis Gothorum facundissime reci- ‘tasset, ab eo quaestor est factus, patricius et consul ordinarius, postmodum dehinc ‘magister officiorum et praefuisset [*scr. fere praef. praet. suggestit*] formulas dictio- ‘num, quas in XII libris ordinavit et variarum titulum superposuit. scripsit praeci- ‘piente Theodoricho rege historiam Gothicam originem et loca mores in [*moresque XII ‘emendat Vsener*] libris annuntians’. librum, unde haec excerpta sunt, ideo potissimum, quod Symmachi et Boethii vita ita enarratur, ut iudicii eorum et exitii mentio nulla fiat, Vsenerus contendit a. 522 a Cassiodorio scriptum esse et propterea historiam Gothorum ante eum annum editam. sed id ut perite arguit, ita parum demonstravit. nam cum et praefectura praetorii a. 534 adepta non obscure ibi commemoretur et variarum publicatio c. a. 538 facta, item in ipso principio Cassiodorius praeter honores saeculares etiam ‘monachus servus dei’ dicatur, apertum est hoc apospasmatum aut superesse ex libello post Cassiodorii conversionem edito aut, quod magis crediderim, additamentis alienis auctum esse. nec rationem habet de variis quae dicuntur ad interpolatorem referre et hoc testimonio uti ad historiae Gothicae editionem definiendam. e contrario ut probabile est iubente Theoderico historiam coeptam esse, ita omnia suadent editam eam esse inter a. 526, quo obiit Theodericus, et a. 533, quo eam commemorat epistula auctoris supra recitata. ita enim recte explicatur, Cassiodorius certe laudibus suis nequaquam invidens cur extremis tantum officii sui annis eius operis mentionem fecerit: item quod ex ipsa historia citari videtur septimum decimum regnare Athalaricum, vivo Theoderico ita scribi non debuit. quod si ita Cassiodorius narrationem finivit relato obitu Theoderici et successione Athalarici⁷⁵⁾, recte id convenit Iordanianis. nam non solum admiratio summi Theoderici, quam passim prae se ferunt, ingenium Iordanis longe excedit, quippe qui ipse ultra tenuis hominis adversus imperatorem qui nunc est legitimam devotionem non adspiret, sed etiam stili Cassiodoriani certa indicia eatenus deprehenduntur. ita in verbis c. 57, 296 ‘numquam ‘Gothus Francis cessit, dum adviveret Theodericus’ nominativi usum recte Schirrenus p. 11 Cassiodorio vindicavit⁷⁶⁾. — Cassiodorii libros, quo tempore Iordanes scripsit viginti circa annis post Cassiodorium ipso etiam vivo, nondum vulgo sparsos, certe in regione ea in qua versabatur Iordanes alibi non repertos ab ipsius auctoris dispensatore⁷⁷⁾ ad triduanam, si credis, lectionem sibi procuravit, sine dubio excusationem sibi parans adversus eos, quos praevidebat questuros esse de narratione Cassiodoriana

75) Vsenerus l. c. p. 73 eum substituisse indicat, si recte intellego, ad introitum Theoderici in Italiam a. 489, propterea quod Iordanis de pugnis inter Odoacrum et Theodericum narratio affinitatem habet cum chronicis Ravennatibus. sed earum pugnarum narrationem Cassiodorius ex iisdem chronicis petiisse probabile est (cf. p. XXXIX).

76) Chlodovechum Francum quod de Theoderico scribens Iordanes, pariter atque Cassiodorius, Lodoinum appellat mirifica et fortasse perversa vocabuli formatione (cf. ind. pers.), sine dubio ex hoc ille adsumpsit. contra quod Schirrenus p. 74 sq. provocat ad locos de Eutharico Amalo, additi sunt ii quidem ad successionem Athalarici commendandam, sed ob id ipsum pari iure vivo Theoderico scribi potuerunt.

77) Servo scilicet. eum Schirrenus p. 93 non habere debuit pro Castalio dispensatore pontificis Vigilii.

IORDANES.

male luxata et fortasse interpolata: nobis ipsa destitutis standum est Iordanianis qualia qualia sunt. — Ad formam operis Cassiodoriana explicandam praeter supra disputata de auctoribus a Cassiodorio adhibitis non multa habemus quae proferamus. narrationum popularium ratio habita et Graeca doctrina egregia ut per se admiratione dignae sunt, ita neque sectae auctoris illud satis convenire supra observavimus et mediocriter tantum Graece doctum eum fuisse constat, quippe qui historiam ecclesiasticam ita adornavit, ut tres auctores Graecos rudi opera contaminaret se iubente ab Epiphanio scholastico Latine versos. immo utrumque meritum vidimus non tam Cassiodorii fuisse quam auctoris eius Ablabii, quem si teneremus, haberemus fortasse in hoc genere studiorum quem cum Herodoto componeremus. — Operis Cassiodoriana indicem fuisse probabile est eum ipsum quem epitomae Iordanes praescripsit ‘de origine actibusque Getarum’: eo enim ducit et Iordanis testimonium et quae de ‘origine Gothica’ historia Romana facta ipse auctor in variis (l. c.) scribit: historiam alibi appellans argumentum enuntiat, non titulum citat. duodecim libris ut reliqua fere Cassiodorii opera maiora ita hoc quoque divisum fuit. incepisse ab ipsis populi Gothici primordiis et ‘per generationes regesque’, id est per generationes regum descendisse Iordanes in praefatione innuit⁷⁸.

Apud Iordanem quatenus Cassiodoriana perveniant ubi quaerimus, eo quod epitomator ait ‘initium finemque et plura in medio se sua dictione permiscuisse’, quamquam supra modum inepte dictum est⁷⁹), prima postremaque prae ceteris sibi videtur vindicare, idque de postremis verum esse ex ipsa re colligitur, cum a. 526 Cassiodorius finem scribendi fecerit. de principio operis idem ita verum esse mox videbimus, ut Orosium Iordanes ibi de suo citarit, ulterius tamen id proferri non potest. nam cum id sequatur auctor, ut descriptione insularum Oceani viam sibi sternat ad Scandiam insulam describendam Gothorum antiquissimam sedem et ne Britanniae quidem descriptio, nedum Scandiae Iordani ullo modo tribui possit, quid huic hoc loco remaneat non perspicio. accedit quod locus de Hispania ab altero c. 44, 230 separari non potest. ‘plura in medio’ adiecta esse ut verum esse potest, ita non magni facio fidem illius sive notarii sive monachi, quem non puduit praefationem Rufino suffurari et Iamblichi locum comminisci. multo magis diffidemus homini ore rotundo adseveranti ex historiis Graecis et Latinis nonnullis ‘convenientia’ se addidisse. immo probabile est Graecorum auctorum usurpationem vere contineri in excerptis ex Socrate, quorum in utroque libello exilia quaedam vestigia adesse supra p. XXVII ostendi.

Restant stili diversitas studiorumque dissimilitudo auctorumque delectus. illo diligenter et erudite investigato Schirrenus compluribus locis recte agnovit sive Cassiodoriana proprietatem sive, quod fortasse rectius est, eius saeculi genus dicendi ornatum⁸⁰)

78) Ob infantiam scriptoris dubium est, utrum verba ‘ab olim et usque nunc per generationes regesque descendente’ ad se referat an ad auctorem. cum ‘volumina — descendente’ coniungere per Iordanem liceat, hoc magis probarim, quamquam Senatoris libri certe non perveniebant ‘et usque nunc’, quod secundum huius hominis consuetudinem significat ‘ad tempus praesens’. sed ad ipsam rem non multum interest; partitionem enim epitomae omnino Iordanes ab auctore sumpsit.

79) Quod suavit Gutschmidius p. 124, ut verba ‘initium finemque’ iungantur cum praecedentibus ‘addidi convenientia’, ab ordine verborum simplici scriptori consueto nimium recedit.

80) Non is Cassiodorius fuit, qui novum scribendi genus excogitaret: immo usus est paratis neque aliud

longe abhorrens a tenuitate Iordanis, qualem et in Romanis deprehendimus et in Geticorum parte ad res post a. 526 gestas pertinente. sed flores illi non valde suaveolentes et aequabiliter per universum librum sparsi sunt et ubi minus apparent, ibi non immerito suspicabere non tam Cassiodoriana ab imitatore seposita esse quam verba ita contracta, ut 'floscula' quae dicit perirent. quam ob rem ut horum indiciorum ubi adsunt non minima vis est⁸¹⁾, ita quod absunt parum probat.

Maius momentum est, id quod supra p. VII sq. iam tetigimus, in diversitate loci studiorumque. Cassiodorium supra vidimus fuisse Gothoromanum et aulicum Theoderici, Iordanem Moesogothum imperii Orientis subditum; iure igitur quaeritur, num possint partes operis demonstrari, quae cum a Cassiodorio scribi nequierint, necessario Iordani tribuendae sint. sed hac quoque via non longe progrediemur. sane quae de se suisque popularibus Iordanes profert c. 50. 51, maiore ex parte apud Cassiodorium non legit: nec magis legit apud eum acerbissima vituperia Arianorum c. 25, 131. 132. 26, 138, quae virus theologicum propria sibi inepta inhumanitate imbuit: nam Cassiodorium licet ipsum orthodoxae fidei addictum in historia scribenda Arianae doctrinae dominorum suorum memorem fuisse non solum consentaneum est, sed etiam chronico a. 519 demonstratur⁸²⁾. sed cum vel in iis locis quaedam insint, quae ex Cassiodorio proficisci aut certum est aut probabile, multo magis id pertinet, ut antea monui, ad reliquos locos etiam eos, qui colorem apertissime prae se ferunt non Gothoromanum, sed Moesogothicum. ita quae abiudices a Cassiodorio relata apud Iordanem, praeter ea quae temporum ratio ut Cassiodorio tribuamus non admittit, non multa reperiuntur.

Diacrisis inter Cassiodorium et Iordanem aut valde fallor aut tota pendet ab auctoribus. hunc enim cum ex Romanis intellegatur a recondita Graecaque doctrina totum abhorrere neque habuisse nisi commentaria illo saeculo vulgo usitata et adhuc fere servata, quidquid venit a Prisco, Dione altero utro, Strabone, Ptolemaeo, mihi est Cassiodorii. id ipsum pervenit ad Ammianum et Ablabium et si qui similes sunt, item ad ea quae cum horum excerptis ita coniuncta sunt, ut inde divelli nequeant; quibus originibus non solum melior, sed etiam longe maior pars libelli Getici continetur. e contrario ad deprehendenda Iordani propria proficiscendum est a libello Romano quosque ibi adhibuit auctores, eorum excerpta Geticis inserta videndum est num item ipsius sint. id quod uno loco mihi videtur extra dubium esse, dico in narratione de morte Valentis. eam in Romano libello c. 314 totidem verbis descripsit ex Victore epitomato, in

fecit nisi quod calamistros rhetorum Gallicanorum in aulam regis Gothici transtulit et rescripta emisit scholastica eloquentia aut ornata aut corrupta. saeculi quarti et quinti leges, maxime quae integrae extant, ut Diocletiani collegarumque de pretiis rerum venalium et novellae Theodosianae, similia multa habent, scriptoresque quoque eius saeculi, qui quidem eiusmodi cincinnos sectantur, sibi simillimi sunt. multa eius generis habet Ammianus alia si non egregia, certe ingeniosa, alia obscura et perplexa. sed ut auctorem ab auctore in talibus non facile distinguas, immo aperte agnoscat scholastica disciplina in universum parilis, ita facillimum est eius generis scriptores distinguere ab iis qui communi et tenui, ne dicam vulgari et exili scribendi genere sibi satisfaciunt, quales sunt fere annalium auctores, ut Marcellinus et omnium maxime Iordanes.

81) Propterea curam egi, ut in hac editione potiora quae Schirrenus adnotavit repeterentur, scilicet ubi similibus locis compositis res illustrantur. solae argutiae sermonis ubi Cassiodorium produnt, cum attente legentis animum ipsae feriant, expressis verbis de iis non monui.

82) Prosper cum ad a. 380 adnotavisset: 'Ambrosius episcopus pro catholica fide multa sublimiter scripsit', Cassiodorius eum compilans catholicae fidei christianam substituit.

Getico cum universum bellum explicet ad Ammianum, in imperatoris morte narranda utriusque auctoris verba contaminavit. ut dubium esse nequeat apud Cassiodorium re-
 pertae narrationi Ammianae ipsum alteram inseruisse ex Romanis suis translata. ne-
 que enim quisquam opinor contendet Cassiodorium. ut hunc locum, qui solus in Geticis
 Victorianus est, ex exili illa epitome adsumeret, Ammianum seposuisse. sed fortasse
 ulterius progredi possumus et Iordani adiudicare quaecumque veniunt ex Orosio.
 Cassiodorio hunc auctorem valde placuisse, certe ante conversionem eius, vix credit
 qui utrumque novit: quid quod vel post conversionem et ad monachos scribens (inst.
 div. litt. 17) sic de eo loquitur: 'Orosius quoque Christianorum temporum paganorum-
 'que collator praesto vobis est, si eum volueritis legere', satis frigide puto. at Ior-
 dani Orosius admodum placuit dignus ille magister tali discipulo: neque enim sine
 causa, ut Romanorum principium splendido nomine Iamblichi exornavit, ita Getica
 similiter in Orosii tutela collocavit. neque id ab eo abiudicari poterit, cum quod
 libri initium diserte sibi vindicat tum quod duae illae laudationes Iamblichi et Orosii
 pari passu procedentes omnino ab eadem manu veniunt. iam cum ex auctoribus ad
 Romana adhibitis unus Orosius etiam in Geticis saepius expilatus sit⁸³), qui item unus
 citatur adiecto 'voluminis' numero (G. 5, 43), nascitur suspicio, annon Orosiana illa
 omnia ad Iordanem pertineant sintque ipsa illa quae sua dictione in medio interpo-
 sisse se contendit. huic coniecturae tantum abest ut quicquam obstet, ut saepissime
 Orosius introducatur tamquam lacinia vesti perfectae male insuta.

In summa re Geticorum libellus, quatenus in eo tractantur res morte Theoderici
 anteriores, mera epitome est, luxata ea et perversa, historiae Gothicae Cassiodoria-
 nae, nec sine iusta causa, quod de ipsa anecdoti Caroliruhensis scriptor refert, etiam
 in Iordanis epitomen quadrat, originem gentis et loca moresque eius ibi adumbrari.
 foederatio mercennariorum et provinciarum Danuvianarum res interveniente Iordane
 locum usurparunt, quem apud Cassiodorium obtinuit regnum Romanum pariter atque
 Gothicum magni Theoderici eiusque Romanae humanitatis admiratio et imitatio: ita ex
 multis pauca selegit eaque quae retinuit barbare inflavit et auxit. denique ut uno
 verbo dicam, historia Gothica a Cassiodorio, ut ipse ait, Romana facta per Iordanem
 facta est Moesiaca.

Auctores usi
 Iordanianis

Secundus
 Tridentinus

Iordanes cum ut infimus auctorum Romanorum, ita ex ultimis sit eorum quos
 antiquae aetati adscribere solemus, alium scriptorem qui eadem aetate libellos eius ad-
 hibuerit nullum habemus⁸⁴). SECUNDVM Tridentinum episcopum, qui gesta Langobar-
 dorum scripsit c. a. 612, aut ipsam Cassiodorii Gothicam historiam aut Iordanianam
 epitomam aliquatenus secutum esse et imitatum alio loco conieci (*Neues Archiv* vol. 5
 a. 1880 p. 75); sed exilis gestorum illorum quae superest notitia ut ultra coniecturam

83) Pauca quae supra p. XXVI dixi in Geticis reperiri excerpta ex chronico Hieronymiano, ut a Cas-
 siodoro abiudicemus, causam nullam esse ibi observavi.

84) Gregorium Turonensem non usum esse Iordani libellis in praefatione p. XXXVI explicuimus.

progrediamur non admittit. — Per barbara quae sequuntur saecula Getica usurpasse videtur, quamquam auctoris nomen non posuit, is qui scripsit SCHOLIA STATIANA quae sub Lactantii nomine feruntur (v. ind. IV s. v. strava), in quibus cum item Boethius adlegetur, ita certe ut nunc iacent sexto saeculo non sunt antiquiora. — Certo Iordanem adhibuit anonymus auctor quem GEOGRAPHUM RAVENNATEM nuncupamus: at is liber etsi profectus ex cosmographia saeculi fere VII exeuntis, ut nos eum habemus non antiquior est saeculo nono, nec certum est in primitiva recensione adfuisse excerpta Iordaniana. Ravennas 'Iordanem chronographum' vel 'cosmographum' (utraque enim praedicatione eum appellat) aliquoties laudavit (v. adn. ad p. 27, 23. 60, 6. 61, 13. 18. 62, 12. 63, 8. 82, 6. 104, 17), alibi nomine non posito expilavit (v. p. 55. 59. 62. 127, item ind. II s. v. *Caesarea* et *Vagus*). codex Iordanis quem habuit, duabus corruptelis medelam affert quae nostris libris omnibus insident, scilicet p. 62, 5 et *Callipolida* dat pro *callipoda* et *Trapezus*, ubi in libris nostris est *trapeiunta*. praeterea notabile est p. 59, 1, ubi libri nostri primi ordinis habent *rerefennae*, secundi *screrefennae*, utramque lectionem in codice Ravennatis fuisse videri, cum iuxta ponat *Rerefenos* et *Sirdifenos*.

Praeter librum Ravennati visum tam per medium aevum adhibiti⁸⁵⁾ quam qui nobis praesto sunt codices scripti ad idem exemplar omnes redeunt neque id ab erroribus immune. in Romanis quae solus fere primus codicum ordo habet, id evidenter apparet cum ex hiatibus maioribus c. 137 et 303 tum ex erroribus in libris omnibus inventis, ut sunt p. 12, 21 *agituram* pro *agitaram*, p. 17, 27 *crassantem* pro *grassantem* (cf. p. 17, 22 *caurus* pro *gaurus*), p. 19, 33 *brattius* pro *bruttius*, p. 22, 32 *exiremis* pro *extremis*, p. 23, 2 *gladium* pro *cladium*. sed etiam Geticorum eadem condicio est. maiore hiatu nullo quamquam laborare videntur, singula vocabula exciderunt p. 73, 6. 119, 6, et adsunt errores communes inter alios hi: *trapeiunta* vel *trapeianta* pro *trapezunta* p. 62, 5; *cysum* (etiam Ravennas *cisson*) pro *cyrum* p. 68, 16; *basento* pro *busemento* p. 99, 11; *regericus* pro *segericus* p. 100, 16; *congustiarum* pro *angustiarum* p. 101, 19. eorum errorum partem vel apud Paulum et Frechulfum adesse adnotatio ostendit. ex iis licet quidam ad quadratam scripturam redeant, ut permutata elementa C G, I T, I Z, cum alii rursus ad Scotticam ducant, ut permutatae *a co*, *a u*, *r s*, commune archetypum non quadratis, sed Scotticis litteris scriptum fuerit necesse est. — Verba continuo in archetypo scripta fuisse inde intellegitur, quod libri antiquissimi quique, praesertim *HPV*, persaepe vocabula male separant: ita, ut uno exemplo defungar, p. 11, 5 in iis est *ioue moraret* pro *Iovem oraret*. — Compendia scripturae in archetypo ea tantum adfuisse videntur, quae Iordanis aetate in usu erant:

85) Ex his qui ad criticeam aliquam utilitatem habent vel certe ad classes codicum redigi potuerunt, infra suis locis inveniuntur: praeterea vero meum non esse putavi plenum recensum dare scriptorum qui per medium aevum Iordanis libellos utrumque alterumve utrum usurparint. adhibuerunt, quatenus vidi, *Paulus* diaconus ante a. 774 libellum utrumque; *Frechulfus* episcopus Lixoviensis ante a. 830 utrumque; *Widukindus* Corbeiensis (l. 1 c. 18 Mon. Germ. SS. III p. 425) a. 967 Geticum; *Heriger* Lobiensis a. 980 Geticum; *Landulfus* sagax inter a. 977 et 1026 Geticum; *Hermannus* Augiensis († 1054) Romanum; *Marianus* Scotus a. 1082 Romanum; *Bernoldus* Constantiensis a. 1100 Romanum; *Ekkehardus* Vraugiensis c. a. 1100 utrumque; *Hugo* Flaviniacensis a. 1102 Geticum; *Sigebertus* Gemblacensis a. 1112 utrumque; *Otto* Frisingensis a. 1143 utrumque. his posteriores omisi.

Getico cum universum bellum explicet ad Ammianum, in imperatoris morte narranda utriusque auctoris verba contaminavit, ut dubium esse nequeat apud Cassiodorium re-
 pertae narrationi Ammianae ipsum alteram inseruisse ex Romanis suis translata. ne-
 que enim quisquam opinor contendet Cassiodorium, ut hunc locum, qui solus in Geticis
 Victorianus est, ex exili illa epitome adsumeret, Ammianum seposuisse. sed fortasse
 ulterius progredi possumus et Iordani adiudicare quaecumque veniunt ex Orosio.
 Cassiodorio hunc auctorem valde placuisse, certe ante conversionem eius, vix credit
 qui utrumque novit: quid quod vel post conversionem et ad monachos scribens (inst.
 div. litt. 17) sic de eo loquitur: 'Orosius quoque Christianorum temporum paganorum-
 'que collator praesto vobis est, si eum volueritis legere', satis frigide puto. at Ior-
 dani Orosius admodum placuit dignus ille magister tali discipulo: neque enim sine
 causa, ut Romanorum principium splendido nomine Iamblichi exornavit, ita Getica
 similiter in Orosii tutela collocavit. neque id ab eo abiudicari poterit, cum quod
 libri initium diserte sibi vindicat tum quod duae illae laudationes Iamblichi et Orosii
 pari passu procedentes omnino ab eadem manu veniunt. iam cum ex auctoribus ad
 Romana adhibitis unus Orosius etiam in Geticis saepius expilatus sit⁸³), qui item unus
 citatur adiecto 'voluminis' numero (G. 5, 43), nascitur suspicio, annon Orosiana illa
 omnia ad Iordanem pertineant sintque ipsa illa quae sua dictione in medio interpo-
 sisse se contendit. huic coniecturae tantum abest ut quicquam obstet, ut saepissime
 Orosius introducat tamquam lacinia vestis perfectae male insuta.

In summa re Geticorum libellus, quatenus in eo tractantur res morte Theoderici
 anteriores, mera epitome est, luxata ea et perversa, historiae Gothicae Cassiodoria-
 nae, nec sine iusta causa, quod de ipsa anecdoti Caroliruhensis scriptor refert, etiam
 in Iordanis epitomen quadrat, originem gentis et loca moresque eius ibi adumbrari.
 foederatio mercennariorum et provinciarum Danuvianarum res interveniente Iordane
 locum usurparunt, quem apud Cassiodorium obtinuit regnum Romanum pariter atque
 Gothicum magni Theoderici eiusque Romanae humanitatis admiratio et imitatio: ita ex
 multis pauca selegit eaque quae retinuit barbare inflavit et auxit. denique ut uno
 verbo dicam, historia Gothica a Cassiodorio, ut ipse ait, Romana facta per Iordanem
 facta est Moesiaca.

Auctores usi
Iordanianis

Secundus
Tridentinus

Iordanes cum ut infimus auctorum Romanorum, ita ex ultimis sit eorum quos
 antiquae aetati adscribere solemus, alium scriptorem qui eadem aetate libellos eius ad-
 hibuerit nullum habemus⁸⁴). SECUNDVM Tridentinum episcopum, qui gesta Langobar-
 dorum scripsit c. a. 612, aut ipsam Cassiodorii Gothicam historiam aut Iordanianam
 epitomam aliquatenus secutum esse et imitatum alio loco conieci (*Neues Archiv* vol. 5
 a. 1880 p. 75); sed exilis gestorum illorum quae superest notitia ut ultra coniecturam

83) Pauca quae supra p. XXVI dixi in Geticis reperiri excerpta ex chronico Hieronymiano, ut a Cas-
 siodorio abiudicemus, causam nullam esse ibi observavi.

84) Gregorium Turonensem non usum esse Iordani libellis in praefatione p. XXXVI explicuimus.

progrediamur non admittit. — Per barbara quae sequuntur saecula Getica usurpasse videtur, quamquam auctoris nomen non posuit, is qui scripsit SCHOLIA STATIANA quae sub Lactantii nomine feruntur (v. ind. IV s. v. strava), in quibus cum item Boethius adlegetur, ita certe ut nunc iacent sexto saeculo non sunt antiquiora. — Certo Iordanem adhibuit anonymus auctor quem GEOGRAPHVM RAVENNATEM nuncupamus: at is liber etsi profectus ex cosmographia saeculi fere VII exeuntis, ut nos eum habemus non antiquior est saeculo nono, nec certum est in primitiva recensione adfuisse excerpta Iordaniana. Ravennas 'Iordanem chronographum' vel 'cosmographum' (utraque enim praedicatione eum appellat) aliquoties laudavit (v. adn. ad p. 27, 23, 60, 6, 61, 13, 18, 62, 12, 63, 8, 82, 6, 104, 17), alibi nomine non posito expilavit (v. p. 55, 59, 62, 127, item ind. II s. v. *Caesarea et Vagus*). codex Iordanis quem habuit, duabus corruptelis medelam affert quae nostris libris omnibus insident, scilicet p. 62, 5 et *Callipolida* dat pro *callipoda* et *Trapezus*, ubi in libris nostris est *trapeiunta*. praeterea notabile est p. 59, 1, ubi libri nostri primi ordinis habent *rerefennae*, secundi *screrrefennae*, utramque lectionem in codice Ravennatis fuisse videri, cum iuxta ponat *Rerefenos et Sirdifenos*.

Scholia
StatianaGeographus
Ravennas

Praeter librum Ravennati visum tam per medium aevum adhibiti⁸⁵⁾ quam qui nobis praesto sunt codices scripti ad idem exemplar omnes redeunt neque id ab erroribus immune. in Romanis quae solus fere primus codicum ordo habet, id evidenter apparet cum ex hiatibus maioribus c. 137 et 303 tum ex erroribus in libris omnibus inventis, ut sunt p. 12, 21 *agituram* pro *agitaram*, p. 17, 27 *crassantem* pro *grassantem* (cf. p. 17, 22 *caurus* pro *gaurus*), p. 19, 33 *brattius* pro *bruttius*, p. 22, 32 *exiremis* pro *extremis*, p. 23, 2 *gladium* pro *cladium*. sed etiam Geticorum eadem condicio est. maiore hiatu nullo quamquam laborare videntur, singula vocabula exciderunt p. 73, 6, 119, 6, et adsunt errores communes inter alios hi: *trapeiunta* vel *trapeianta* pro *trapezunta* p. 62, 5; *cysum* (etiam Ravennas *cisson*) pro *cyrum* p. 68, 16; *basento* pro *busento* p. 99, 11; *regericus* pro *segericus* p. 100, 16; *congustiarum* pro *angustiarum* p. 101, 19. eorum errorum partem vel apud Paulum et Frechulfum adesse adnotatio ostendit. ex iis licet quidam ad quadratam scripturam redeant, ut permutata elementa C G, I T, I Z, cum alii rursus ad Scotticam ducant, ut permutatae *a co*, *a u*, *r s*, commune archetypum non quadratis, sed Scotticis litteris scriptum fuerit necesse est. — Verba continuo in archetypo scripta fuisse inde intellegitur, quod libri antiquissimi quique, praesertim HPV, persaepe vocabula male separant: ita, ut uno exemplo defungar, p. 11, 5 in iis est *ioue moraret* pro *Iovem oraret*. — Compendia scripturae in archetypo ea tantum adfuisse videntur, quae Iordanis aetate in usu erant:

Archetypum
librorum no-
strorum com-
mune

85) Ex his qui ad criticeam aliquam utilitatem habent vel certe ad classes codicum redigi potuerunt, infra suis locis inveniuntur: praeterea vero meum non esse putavi plenum recensum dare scriptorum qui per medium aevum Iordanis libellos utrumque alterumve utrum usurparint. adhibuerunt, quatenus vidi, *Paulus* diaconus ante a. 774 libellum utrumque; *Frechulfus* episcopus Lixoviensis ante a. 830 utrumque; *Widukindus* Corbeiensis (l. 1 c. 18 Mon. Germ. SS. III p. 425) a. 967 Geticum; *Heriger* Lobiensis a. 980 Geticum; *Landulfus* sagax inter a. 977 et 1026 Geticum; *Hermannus* Augiensis († 1054) Romanum; *Marianus* Scotus a. 1082 Romanum; *Bernoldus* Constantiensis a. 1100 Romanum; *Ekkehardus* Vraugiensis c. a. 1100 utrumque; *Hugo* Flaviniacensis a. 1102 Geticum; *Sigebertus* Gemblacensis a. 1112 utrumque; *Otto* Frisingensis a. 1143 utrumque. his posteriores omisi.

ut *pl. m.* p. 8, 3 et *mag. mil.* passim in Heidelbergensem librum aliosque optimos quosque sine dubio ex archetypo translata sunt. eodem referri poterunt, quamquam fortasse immutationem quandam subierunt, *ssli* p. 7, 31, *reipl* p. 11, 11, *impr*, *scs*, *ds*, *dns*. sed plura reperiuntur etiam in Heidelbergensi ab illa actate aliena, ut *mī* = milia, *au* = autem, *uo* = vero, *e* = est, non multa tamen neque frequenter admissa, ut hoc quoque nomine is liber ad actatis Romanae archetypum prope accedat.

Primus ordo
codicum

Primus ordo librorum ut in universum et actate et integritate duos alios superat, ita solus hodie habet libellum de actibus Romanorum cum Geticis ab ipso auctore coniunctum, quem tamen aliquando ne a secundo quidem ordine afuisse constat potestque fuisse item in archetypo ordinis tertii. magis proprium est huic ordini librorum, quod in exemplaribus antiquis et a principio integris (id est in *PV*, item in Augiensi deperdito cum libris ex eo derivatis)⁸⁶ praemittitur carmen inscriptum: 'rescriptum Honorii 'scolastici contra illas epistulas exortatorias Senecae' (sic *PV*; 'in *XPI* nomine incipiunt 'versus Honorii scolastici ad Iordanem episcopum' *Paris.* 4860), cum subscriptione hac: 'explic. versus Honori scolastici ad Iordanem episcopum ad rescripta Senecae 'ad Lucillum quam (quae *Paris.*) ei scripserat exortatoria saeculum relinquere et veram 'amplectere philosophiam (ph. amplecti *Paris.*)', quod incipit:

Si fontis brevis unda latens demersa tenetur,
ignotae et viles esse putantur aquae

editum apud Mabillonium in analectis (ed. 1723) p. 387 ex codice nostro *V* et nuper denuo in Riesii anthologia Latina n. 666 ex codice eodem et Parisino 4860. id ad chronica cum nullo modo pertineat, immo in eo Honorius nescio qui magistrum suum philosophiae christianae utpote Seneca meliorem laudibus extollat, mero casu in codice primario huius familiae Iordanis libellis praescriptum in apographa ita transiit, ut librarii posteriores magistrum, cuius nomen discipulus non ponit, pro Iordane chronicorum auctore haberent. aliae notae eaeque etiam certiores, quibus hic ordo a secundo et tertio discernitur, infra p. LXII dabuntur, ubi ostendimus, quibus locis primi ordinis libri duorum aliorum consensu emendentur. ceterum hoc ordine ut in Romanis solo, ita in Geticis primario fundamento Iordanis crisin inniti ita in evidentia est, ut singillatim de ea re disputare supervacaneum sit et hoc unum in quaestionem vocari et possit et debeat, num praeter hunc ordinem reliquis in ea crisi aliquis certe locus dandus sit.

Iam enumerabuntur qui huius ordinis sunt libri excerptave.

Excerpta
Frechulfi

FRECHVLFVS Lixoviensis episcopus historiae, quam scripsit ante a. 830, complura inseruit ex utroque Iordanis libello petita alia epitomata, alia ad verbum repetita, quorum recensum diligenter dedit Aemilius Grunauer in commentario de fontibus historiae Frechulphi (Vitoduri 1864. 4.), repetivi ego in editionis margine inferiore. hoc duce ad Frechulfi optimum librum Sangallensem, quem contuli transmissum Berolinum, variam lectionem enotavi, sed in qua adhibenda cave ex silentio meo de lectione iudices: nam cum apud Frechulfum, ut fit in epitomis, multa desint, quid id esset indicare nolui, satis habens ubi utile esse videbatur Frechulfi lectionem disertis ver-

⁸⁶ Ad codices Parisinum 4860 et Monacensem 11306 (v. p. LIII. LIV) accedit liber olim Reginensis S. Emmerami, iam Monacensis n. 14613, in quo legitur carmen Honorii ad Iordanem episcopum neque tamen ipsi Iordanis libelli.

bis indicare. adhibuisse eum librum similem nostris *HPV* intellegitur ex loco p. 73, 15, ubi error *boscusta* (*HPV*) pro *buruista* (*Y*) vel *boroista* (*OB*) huic ordini proprius similiter (*boscorta*) adest apud Frechulfum. proxime accedit ad *HP* codices (cf. inter alia p. 58, 11): his meliora si qua videtur habere (p. 10, 32 *cenninensium*, p. 11, 13 *paludem*, p. 11, 27 *cui ob honorem*, p. 15, 4 *frustrato*, p. 65, 3 *namque pro ante quos*), magis est ut corrupta describens Frechulfus ipse emendarit.

HEIDELBERGENSIS 921 (nobis *H*) membr. formae quadratae maioris scriptus est Heidelbergensis saec. VIII potius quam IX in Germania (nam ad *cognatum* p. 43, 22 adscripta est glossa Theotisca *suagur*), fortasse Fuldae, unde plures codices similis scripturae venerunt in monasterium S. Martini Mogontiaci a. 1037 conditum: translato eo esse per Marianum Scotum probabiliter coniecit Giesebrechtius (apud Schmidium *Zeitschrift für Geschichtswissenschaft* 7, 564). eius monasterii fuisse constat ex praescriptione 'iste liber pertinet ad librariam sancti Martini ecclesie Maguntin. M. Syndicus 's(ub)s(cripsi)t 1479', de qua adnotatione in aliis quoque codicibus inventa dixerunt Lachmannus ad Lucretium p. 5 et Iahnus ad Florum p. VII. notae praeterea volumini inscriptae sunt hae: 1651 — $\frac{646}{566}$ — h 13. postea illatum est in bibliothecam Palatinam, ubi Heidelbergae cum esset id adhibuit Gruterus. cum reliquis Palatinis Romam migravit, deinde Parisios: denique devictis Gallis rediit Heidelbergam. specimen scripturae (*macedonia* p. 27, 13 — *flaminio* p. 27, 15) proponit Wilcken *Gesch. der Heidelberger Büchersammlungen* (1817) tab. 2 n. 2 (cf. p. 296). quaterniones fuerunt quindecim, quorum cum perierint primus et postremi folia duo postrema, remanserunt folia scripta 110 (numerantur folia 112, scilicet 1. 2. 112 vacua sunt, f. 17 errore duplicatum); insunt Iordanis Romana inde a p. 7, 26 *et finis* et Getica usque ad p. 135, 6 *regi*. — Litteratura est evidentissima et optima formae Anglosaxonicae: *a* littera saepe aperta est, *i* eminens aliquoties adest. emendatus est liber saeculo nono decimo naevius sublatis ab grammatista quodam, modeste tamen et ut paucis locis exceptis antiqua lectio adhuc cernatur⁵⁷⁾. — Codex licet omnium optimus sit, solus contra socios vix umquam verum servavit: nisi forte p. 90, 3 quod ex codicibus classis primae hic unus habet *quem perinuium*, cum in classis secundae optimo *O* sit *quam perinuiam*, eatenus pristinam scripturam archetypi communis repraesentat, quod in eo fuit *quem peruium*: quamquam res requirit quod habent libri reliqui *quem inperuium*. sed in universum vinci Heidelbergensem librorum reliquorum huius classae consensu consentaneum est, cum duo certe qui sequuntur ex eodem archetypo descendant itaque errores singulis trium horum librorum proprii redarguantur duobus reliquis consentientibus. Heidelbergensis et duobus locis quaedam verba omisit, quae adsunt in reliquis omnibus:

p. 110, 1 fide et consilio ut diximus clarus
115, 2 obicientes exemplo veriti regis

et errores habet sibi proprios inter alios hos:

p. 14, 19 annisus est <i>PVL</i>	anni sunt est <i>H</i>
16, 30 ad <i>PVL Florus</i>	in <i>H</i>
17, 31 diruit <i>PVL Florus</i>	diripuit <i>H</i>

⁵⁷⁾ Aliquoties dubitabam, maxime ubi legebatur *e* et *ñ*, utrum cauda lineolave a prima manu esset an postea accessisset.

20, 29	asina <i>PVL Florus</i>	sagina <i>H</i>
22, 36	nauium <i>PV</i>	nauigium <i>H</i>
23, 39	sed magnitudine <i>PV Florus</i>	ad magnitudinem <i>H</i>
69, 11	partus <i>PVLAOBXY</i>	partibus <i>H</i>
78, 13	ababa <i>PVLAOBXY Vita</i>	abara <i>H</i>
	18 expertis <i>PVLAXY</i> , exercitus <i>OB</i>	pertis <i>H</i>
81, 12	carporum <i>PVLOB</i> , caporum <i>XY</i>	corporum <i>HA</i>
109, 22	sacitate <i>PV</i> , sagacitate <i>LO</i> , sagacitatem <i>BXY</i>	sacietate <i>H</i> , societate <i>A</i>
112, 6	desiuit <i>PVABXY</i> , deseuit <i>L</i> , desiuet <i>O</i>	deuisit <i>H</i>
119, 19	urbem <i>PVL</i> , urbe <i>AOBXY</i>	om. <i>H</i>
127, 7	emimonti <i>P</i> , emi montis <i>VX</i> , hemi montis <i>AYZ</i> , enim montis <i>OB</i>	ei monti <i>H</i>

Palatinus VATICANVS PALATINVS 920 (nobis *P*), membranaceus fol. min. saec. X. olim ubi fuerit, ipse indicat f. 1 verbis his: 'codex sci Nazarii de monasterio quod dicitur 'Lauresham'; hic igitur liber est quem catalogus saeculi X bibliothecae Laureshamensis editus a Wilmansio (mus. Rhen. 23, 387) indicat verbis his: 'historia Iordanis 'de summa temporum seu origine Romanorum lib. I'. ut alii Laureshamenses in Palatinam bibliothecam venit, ubi eum adhibuit Gruterus, et cum hac in Vaticanam. — Quaternionum est tredecim signatorum A—N et binionis, foliorum 107 (numeris recens in scriptis mendosis omisso folio inter 34 et 35, praetermisso autem suo loco numero 77). uterque commentarius integer est; adest in principio carmen Honorii. emendatus est liber similiter atque Heidelbergensis a manu non multum posteriore. — Contulerunt mihi Romana Augustus Mau, Getica Otto Hirschfeld; deinde ne quid erroris remaneret, ille ad huius editionis plagulas sibi transmissas totum librum denuo diligentissime relegit. — Summa fide Palatinus archetypum repraesentat nec nisi orthographia, quae passim corrupta est (v. ind. III), locum cedit Heidelbergensi. solus verum et ipse raro servavit propter causam eam de qua diximus:

p. 23, 29 treuia *P*, trenta *HV*

errores proprii non desunt, sunt tamen pauci:

p. 35, 26 ex libri reliqui, et *P*

ex Geticis plures dabimus cum agetur de libro Ambrosiano (p. L).

Valenciennensis VALENCIENNENSIS (nobis *V*) olim S. Amandi P. 3. 6 sive n. 88 catalogi Mangear-tiani (Pertz *Archiv* 11 p. 522), membranaceus saec. IX medii, formae quadratae quaterniones habet XVIII, quorum XVII signati sunt, extremi folium ultimum deficit. insunt Iunilii de institutione divinae scripturae libri duo; Eucherii sacrae scripturae inst. l. duo; eiusdem de quaestionibus difficilioribus; Iordanis libelli duo cum carmine Honorii. optime scriptus est, emendatus deinde manu saec. XI ad codicem notae deterioris, sed ut paucis locis exceptis pristina scriptura agnoscat. nobis contulit quem tristi fato nuper ereptum nobis dolemus, Iohannes Heller. — Codex cum in universum pro-xime accedat ad *HP*, habet non solum errores quosdam sibi proprios:

p. 18, 28 pariter reliqui, pieriter *V*

23, 19 nam reliqui, e manu nam *V*

63, 6 uidiuarii *HPLAXYZ*, uidioarii *OB*, uiriuarii *V*

130, 15 fuerit nec cumbarum indigeat liutres reliqui, futres mediis omissis *V*

et orthographiam corruptam (vide ind. III), sed etiam emendationis grammaticae et interpolationis prima vestigia, ut sunt

- p. 22, 14 hi imis *HP*, imis *Florus*, hiemis *V*
 26, 36 empsalae mecipsae *HP*, empsalem haec ipse *V*
 63, 17 secunda, tertia *pro secundo*, tertio

itaque quae propria habet licet vera, ut

- p. 13, 39 praecesse *VL*, praecesse *HP*
 16, 31 panes *V Florus*, paenes *HP*, poenes *L*

cum ex iis erroribus sint, quos librarius non ineptus inter scribendum tollere potuerit, videndum, ne coniecturae magis quam archetypo debeantur. ceterum interpolationes raras sunt et modestae, neque libri utilitatem tollunt eo potissimum comprehensam, quod ex tribus libris *HPV* quod duo habent tertio dissentiente, id in communi omnium archetypo fuisse probabile est.

FLORENTINVS LAVRENTIANVS (nobis *L*) plut. 65, 35 (Bandini II p. 752; Pertz *Laurentianus Archiv* 5 p. 668. 672; Waitz praef. ad Pauli hist. Lang. p. 34) folio maiore exaratus saec. XI scripta historica complura continet Prosperum Eutropium Orosium Iordanem Gregorium Turonensem continuitque olim praeterea Iosephum sive Hegesippum (cf. Bandini l. c.): sed haec omnia exarata sunt a librariis aliis atque is fuit qui descripsit libellos Iordanis. descripsit autem eos ex libro mutilo; nam codice ipso integro principium Romanorum deficit usque ad p. 6, 26 *uero roboam* spatio vacuo relicto paginae unius cum dimidia; item p. 22, 10 *tanta denique* — p. 27, 9 *proelio superatae*; item extrema pars Geticorum post verba p. 125, 21 *contis pugnantem*. librum emendaverunt duae manus, quarum prior (mihi *L^b*) ipsi librario aequalis sola in censum venit. eiusdem ordinis cum sit atque tres optimi, ut aetate ita emendatione iis longe cedit lateque iam hic serpit interpolatio grammatica, ut fortasse omitti potuerit. admisi tamen variam lectionem suppressis orthographicis plenam: nam sunt quidam loci, ubi vestigia veri solus ex hoc ordine retinet deflectens ad secundum:

- p. 70, 18 diu mederi *BXY*, dionederi *O*, diomedede *L^a*, diomede *HPVL^b*
 73, 15 buruista *XY*, boroista *OB*, burusta *L*, boscusta *HPVA*
 109, 22 sagacitate *LO*, sagacitatem *BXY*, sacitate *PV*, sacietate *H*

neque absimile veri est archetypum Laurentiani diversum fuisse ab archetypo librorum *HPV* et quibusdam locis minus corruptum. sed haec virtus obscuratur interpolatione quam subiit perpetua. casu opinor factum est, quod uno loco:

- p. 82, 16 tradent *HL*, trahent *reliqui*

in errore cum Heidelbergensi consentit: nam non ex eo descriptum esse Laurentianum constat. mihi contulerunt Henricus Nissen et Benedictus Niese.

FLORENTINVS LAVRENTIANVS plut. 67 cod. 17 membr. saec. XV (cf. Pertz *Archiv et propago eius* 5, 668. 672) habens Getica sola, descriptus est ex codice Laur. 65, 35, finiens item in *contis pugnantem* p. 125, 21.

FLORENTINVS RICCARDIANVS 862 chart. saec. XV, habens Getica sola, teste Bethmanno et ipse descriptus est ex Laur. 65, 35.

VINDBONENSIS n. 3126, olim hist. prof. 477 chart. saec. XV 'liber M. pat(riar-'c)hae Aquileien.' (Pertz *Archiv* 5, 668. 10, 469; Endlicher n. 389) continens Pros-

IORDANEN.

g

perum, Iordanis Getica, gesta regum Francorum, vitam Apollonii Tyrii, Pauli historiam Langobardorum, nobis ex parte collatus a Wattenbachio, descriptus est ex Laur. 65, 35. habet inter alia p. 60, 5 *inmanes pro germanis desinitque ubi deficit ille.*

Ambrosianus
eiusque gemelli

MEDIOLANENSIS AMBROSIANVS (C 72 inf., nobis A) membr. saec. XI/XII, continet Bedae historiam Anglorum, Pauli historias Romanam et Langobardicam (cf. Waitz praef. p. 31), Iordanis Getica, historiam Alexandri. Geticorum variam lectionem, sed parum accurate enotatam sibi ab Iosepho Antonio Saxio bibliothecae Mediolanensis praefecto una cum characterum specimine in aes inciso Muratorius in adnotatione editionis suae (a. 1723) publicavit; ego ipsum denuo contuli Mediolani. scriptus est compendiis multis et arbitrariis; ita *ciuil* est et *ciuitatis* et *ciuitatem* cet. similiterque reperitur *goth*, *ostrog*, *gep*, item *theod* pro Theodorido, ut in talibus quem casum librarius significare voluerit, non semper certum sit. quem locum in crisi Iordaniana teneat aperient lectiones quae sequuntur compositae cum propriis Palatini:

- p. 63, 14 inuitauerint] inuitauerint P, inuenerit A
 76, 6 sauini] saucini PA (*inde etiam* 76, 4, *ubi sauinus P recte, saucinus A*)
 81, 4 remoti sub regibus] remotibus regibus P, remoti legibus A
 17 de secundo] secundo PAOB
 86, 7 adeunt] ad eum P, ad eam A
 95, 1 ut sensit] subsensit PA
 18 est om. PA
 97, 19 quis quem] quisque PA
 104, 17 Tibisia (*sic etiam Ravennas, similiter Priscus*)] tibussia P, tibusia A
 105, 8 detestabili om. PA
 10 magna parti] magnae parte P, magna parte A
 108, 12 momento] monento P, monente A
 114, 19 per reliquas] reliquas P, in reliquas A
 21 et om. PA
 126, 19 Froila] proila PA

habuit igitur codicis Ambrosiani librarius archetypum optimis accensendum aut ipsum Palatinum aut gemellum eius⁸⁸⁾, sed eum temere excripsit et passim pro lubitu emendavit, quae interpolatio ut universum librum occupavit, ita latissime grassata esse deprehenditur in stemmate Amalorum⁸⁹⁾. itaque non mirum est post editionem Muratorianam,

88) Errorum communio si qua est inter Ambrosianum aliosque primi ordinis libris, diversam originem habet. nam ille licet alicubi cum Heidelbergensi in errore consentiat (v. p. XLVIII), p. 81, 12 cur pro *corporum* duo librarii scripserint *corporum*, in promptu est; *societate* autem p. 109, 22 tam ex *sacitate* Palatini originem duxisse potest quam ex *sacietate* Heidelbergensis. — *Statim* p. 113, 26, *iter* p. 115, 7 tam Laurentiani scriptor delevit quam Ambrosiani, quoniam male abundant. — Ibi quoque ubi consentit Ambrosianus cum tertio ordine XYZ, ut p. 91, 5 *percipiant*] *suscipiant* AXYZ — p. 108, 20 *propria*] *sua* A, *sua propria* XYZ — p. 110, 25 *relabuntur* (sic etiam Duac.)] *delabuntur* XZ, *dilabuntur* AY — p. 112, 5 *ad*] om. AXY — 115, 18 *indignationi*] *indignationis* AXYZ, emendationis studium plerumque certe in causa est. id ipsum cadit in locum p. 79, 15, ubi veram lectionem *degere* servatam in OB pro corrupto *dedere*, item in alterum p. 84, 4, ubi verum *iugo hemi* servatum in XYZ Ambrosianus coniectura facili (cf. p. 127, 7) adsecutus est. nam quod possis item conicere librarium eius aut archetypum adhibuisse cum varia lectione hic illic adscripta aut ex pluribus exemplaribus lectionem suam composuisse, firmiter argumenta requirit.

89) Libros qui examinat, pro nota huius familiae (dico Ambrosianum, Reginae 639, Abrincensem) recte stemma hoc adhibebit. exempli causa p. 77 pro tradita lectione *Vinitharius genuit Vandiliarium: Vandalaris genuit Thiudemmer* tres hi libri ponunt interpolationem a reliquis omnibus alienam *et ipse Vandalarium patrem Thiudemmer.*

cum reliqui classis primae libri aut parum noti essent aut prorsus ignoti, Ambrosiano quodammodo principatum delatum esse; nam multum praestat recensio vulgatae superstructae libro cuidam ordinis secundi. re vera locum nullum in crisi tenet. id ipsum tamen ut intellexeretur et simul ne memoria aboleretur recensioe peculiaris, lectionem Ambrosiani integram admisi.

VATICANVS REGINAE n. 639 membr. saec. XI formae octonariae (inscriptum est 'volumen CCXXXI non (?) Petavianum') continet Iordanis Getica neque quicquam praeterea: deficit in fine mutilus p. 138, 20 *fortiori duci*. totum contulit Pertzius. cum plane consentiat cum Ambrosiano, examinatum abieci.

AVRANCHENSIS n. 154 scriptus saec. XIII exeunte in monasterio S. Mariae de periculo maris continet Victorem Vitensem, Iordanis Getica, Gildam de excidio Britanniae, Guilielmum Appulum. totus collatus est a Bethmanno. cum ad unguem consentiat cum duobus qui praecedunt aetate antecedentibus, omisi.

BAMBERGENSIS liber E. III. 14 membranaceus saec. XI inter ea quae continet multa et varia⁹⁰⁾ etiam Iordanis libellum utrumque habet, sed Romanum principio mutilum (incipit p. 16, 9 *itaque hunc diem*), collatus nobis a Waitzio. specimen dedi Geticorum praefationem et c. 3 et 52⁹¹⁾. qui scripsit natione ut videtur Italus exemplar habuit familiae primae: nam diacritica ordinis primi adsunt, absunt quae proprie sunt secundae tertiaeve sive bona sive mala omnia. proxime accedit ad Laurentianum⁹²⁾. at Bambergensem qui exaravit, tradita sibi tractavit summa licentia, ut non barbarismos solos tolleret, sed ipsas res ad libitum immutaret. ita in praefatione pro *Senatoris voluminibus* substituit *senatorum*, mox ex *parvis* fecit *non parva* et sic deinceps. a crisi igitur liber plane arcendus est memorabilis propter solam emendationis per-versae audaciam. p. 17, 27 Iordanem librarius interpolavit adhibita Pauli historia Romana.

Bambergensis
et Oxoniensis

90) Exposuit de iis Waitzius apud Pertzium *Archiv* 9, 673. ex hoc libro Getica adhibuisse Ekkehardum Vrauglensem c. a. 1099 idem observavit Mon. Germ. SS. VI p. 5.

91) p. 53, 3 *uolente me paruo subuectu nauigii* — 4 *lazare* — 5 *manum* — 6 *senatorum* — 7 *actibusque* — et *reges descendentes* — 8 *imperia* om. — p. 54, 2 *seruiamus* — 3 *mencior* — 4 *ante haec* — *quorum* om. — *factas* — 6 *plurima* — *dicione* — 8 *commemorans* p. 57, 17 *scanciae* et sic deinceps aliquoties — *quod*] *quem* — *relinquimus* — p. 58, 2 *arctui solo* — 3 *de qua*] *quam* — 4 *pompeius* — 7 *determinans* — *ad orientem* — 8 *fluus* — *quodam*] *a q.* — 10 *exigente* — 11 *paruae*] *non paruae* — 14 *beluis*] *uis* (om. *bestiis*) — *terrae* — 16 *frigore*] *frigus* — 17 *ad. cons. quae*] *quae ad. cons.* — 19 *numerum* — 22 *percurrit* om. — *quo* — p. 59, 1 *crerefennae* — 2 *atque ouis auium*] *ouium auiumque* — 3 *prelet* — 4 *sueans* — *equos u. eximios* — 5 *sapherinos* — 8 *theutes uagoht* — 9 *pleni* — *inibi*] *ibi* — 10 *gaugigoht* — *gen. hom.* — 11 *promptissimi* — *otingens* — 12 *acragaricij finni*] *ragnaricifin* — 13 *uinobiloh* — p. 60, 2 *grinni aganzii eunizite rugi arogi* — 3 *rodulf* — *regno* om. p. 127, 12 *ayimus*] *aimus* (corr.) — *ostr. qui*] *gentem ostrogathorum que* — 13 *germano* — *fiudimer morabatur* — 14 *fluuios* om. — 15 *thidimer* — *pellois* — *fiudimer cum utroque manebat* — 16 *suae*] *eorum* — *fugitiua* — 17 *que* om. — *irruerunt* — 18 *tamen quauis pauci ille exceperit* — 19 *hostium* om. — *fugam* — *scithicas petiit* — 20 *amnes fluento* — *uunni* — 21 *ad fratres thiudimeris gaudia* — *direxit sed*] *cum direxissent* — *moz* om. — p. 128, 1 *thiudimeris* — 2 *erelicua* om. — 3 *thiudimir et fiudimer* — 4 *dona* om. — *quae ad instar strenuae* om. — *accipere* — 5 *custodire* — *uidebant* — 6 *alia tamen stirpe non amala*] *quamuis alia stirpe tamen non amalorum* — 7 *cum* om. — 9 *discurrerentes* om. — 10 *cum instantibus*] *quam praesentia* — 11 *de futuro*] *defunctorum* — *contrauersione* — *cum promittit* — *que* om. — 12 *accipiunt* — 13 *ann. incr. consc.* om. — 14 *cunctatur dare*] *tardaret* (corr. *traderet*) — *extitit supplicator tantum ut*] *promittit ut exinde* — *firma*] *stabilior* — 15 *gothosque*] *et gothos* — *datus* om. — *que* om. — Orthographica praeterit.

92) In tribus locis supra p. XLIX compositis p. 70, 18 (*diu mederi*), 73, 15 (*borbista*), 109, 22 (*sagacitatem*) Bambergensis pro Laurentiano stat contra HPV.

OXONIENSIS collegii Magdalenei Lat. 14 (antea n. 2155) membr. saec. XIV⁹³, descriptus diligenter a R. Pauli (*Neues Archiv* 1, 161 sq.), praecedentis simillimus, sed nequaquam ex eo descriptus, continet Aurelium Victorem, nomina provinciarum, tractatum de Assysiis, Pauli historiam Romanam, gesta regum Francorum, Iordanis Romana et Getica, Pauli historiam Langobardorum, Einhardi vitam Karoli, Monachum Sangallensem. Romanorum et principium deficit (incipiunt enim non eodem loco atque in Bambergensi, sed proximo p. 16, 10 *iam menibus urbis*) et transpositio in iis accidit: nam post *patebant* p. 26, 30 sequitur locus a p. 29, 21 *transgrediamur* ad p. 30, 11 *proelio*, deinde ponuntur antea omissa a p. 26, 30 *enimvero ad tigrane devicto* p. 30, 11. cum contulisset nobis Reinoldus Pauli capita Romanorum extrema et Geticorum 1. 2. 60, intellectum est librum esse primi ordinis male interpolatum. exempli causa locus Get. 1, 6 sic legitur ibi: *ut in orientali plaga et indico oceano ypodem et iamnesia que quamuis peruste sole inhabitabiles tum omnino sui spacio in longum latumque sunt extense.* quaedam interpolationes communes ei sunt cum Bambergensi, ut Get. 1, 5 *et nulli ea pars cognita ni illi qui eam constituit Oxon., et nulli ea pars nisi ei qui eam constituit Bamb., item Get. 1, 7 haut procul] ut ait proconsul Oxon., hec ut proconsul Bamb.* sed licentia in Oxoniensi minus late vagata est quam in altero libro.

SALISBVRENSIS ecclesiae cathedralis n. 1027. 101 membr. saec. XIII teste Pertzio (*Archiv* 7, 103. 244) tam in libris quos continet quam in lectione consentit cum Oxoniensi Magd. 14. specimen non habui, nec desideravi.

Reichenaviensis REICHENAVIENSIS (Augiensis) liber, quem ante a. 820 scripsit scribere iussit Reiginbertus monachus († a. 846; cf. Neugart episcop. Constant. p. 548), inter alia complura historica, de quibus dixi ad Cassiodorii chronicon p. 573, posuit 'chronica Iordanis episcopi'. hoc ipsum volumen adhibuit Hermannus Augiensis († 1054) in chronicis compilandis⁹⁴, adnotans ad a. 551: 'hucusque Iordanis episcopus chronica sua 'de gestis Romanorum abbreviata perduxit'. deinde librum fuisse apud Cuspinianum ibidem (p. 587) demonstravi, qui eo usus est in opere de consulibus Romanorum edito a. 1553, sed scripto (secundum praefationem) a. 1515, id est aliquantum ante quam Romana Iordanis typis vulgarentur. nam praeter Getica, quorum adhibuit exemplar Romanis carens, et quem passim sub Iornandis nomine citat Hermannus Contractum, ipsius quoque Romani libelli Cuspiniano copiam fuisse intellegitur ex eis quae adnotat p. 576 ad a. 551: 'sic scribit Iornandes in chronica ad Vigilium in praefa-

93) Codex, quem Pertzius (*Mon. Germ. SS.* 2, 440. 728 et *Archiv* 7, 243) ait bibliothecae universitatis Oxoniensis n. 837, continentem Iordanis libellum utrumque, historiam miscellam, Pauli historiam Langobardorum, Einhardi vitam Karoli, monachum Sangallensem, hic ipse sit necesse est. nam liber Laudensis olim n. 837, hodie Laud. misc. n. 569 (*Neues Archiv* 2, 381) diversus est et indicatio numeri sine dubio perturbata; ea vero quae comprehendi dicuntur illo volumine, omnia redeunt in Magdaleneo n. 14 adeoque quae de Einhardo et Sangallensi Pertzius peculiariter et Oxoniensi libro propria refert accurate conveniunt cum descriptione Pauliana (p. 167) Magdalenei.

94) *Mon. Germ. SS.* vol. V p. 67 sq. ut excerpta ex Cassiodorii chronicis Hermannus ex hoc libro traxisse alibi docui (*Chronik des Cassiodorius* p. 574. 579), ita indidem etiam Iordanis Romana novit. ab eodem volumine pendet Bernoldus Constantiensis c. a. 1100 (*Mon. Germ. SS.* V p. 385 sq.), utrum per Hermannum an cum Hermanno, non quaesivi.

'tione: ab ipso Romulo confeci. in fine vero operis sic inquit: hae sunt causae legendo cognosces'. post Cuspinianum codex non memoratur; sed extat inde descriptus Mogontiacensis olim, hodie Parisinus is qui sequitur.

PARISINVS liber Lat. n. 4860, antea Mogontiaci in bibliotheca S. Stephani, deinde et propago eius Colberti, c. a. 940 descriptus est ex libro Augiensi eo de quo modo diximus (vide quae exposui ad Cassiodorii chron. p. 574 sq.) et ut in aliis ita in Iordanis Romanis (Getica a libro absunt) in locum archetypi iam deperditi succedit. praescriptum est chronicis post praefationem: 'incipit chronica Iordanis episcopi de origine mundi et actibus 'Romanorum ceterarumque gentium', subscriptum: 'de origine vel actibus Romanorum 'liber Iordanis episcopi explicit feliciter. amen. amen. fiat fiat'. hoc ipsum volumen adhibuit Marianus Scotus in chronicis scriptis a. 1074⁹⁵). ipsius libri et etiam magis archetypi deperditi antiquitas cum spes moveat posse ad diversam familiam eum pertinere et Romana Iordanis eo adhibito similiter emendari posse atque in Geticis prima familia et primaria emendatur ope librorum secundi tertiique ordinis, ea tota dependenda est. neque enim quicquam proprium habere hanc recensionem ductam ex libro tali, qualis est Heidelbergensis Palatinusve ita, ut librarius non indoctus sermonem reformaret, demonstrabit subiecta varia lectio a c. 358 ad finem operis⁹⁶). apparatus enim futilibus istis adiectionibus onerare nolui, simul autem exemplo aliquo ostendere, quomodo in tali auctore versati sint scholastici saeculi noni decimique. similia enim secuti sunt per hos libros eius aetatis emendatores omnes, quorum temptamina pleraque suppressi.

95) MG. SS. vol. V p. 491 adn. 72. Cassiodoriana Scotum inde traxisse demonstravi Cassiodorii chronica recensens p. 580.

96) p. 46, 20 multa — 21 parti aduerse — 22 magister militum — 24 nullique] nullius — p. 47, 4 excubitorum — imperator] in imperium — 5 misaelem — 7 misaelem — serdicam — exilium — 8 praeparauerat — 9 contudit — in gurgite iacuit] iccit in gurgitem — 10 euocatum — 12 suspicione — paula — 13 confossum — quartum mensem — senectuti suae — 16 iubante] adiuuante — 19 sancti] sanctae — inito] ininito — exercitus — 21 ab om. — 22 insidiatores — 23 coacta] cuneata — ingressos — 24 locumque — pompeio — clamide loricato — 25 palatium inuadente — 27 sociisque] proscriptis — 28 manubiis] manibus — anno om. — p. 48, 1 quod] qui — gestus — 5 deputatis] deputans — 11 theoderico et sic porro — 14 theodohadum et sic porro vel theodohat- vel theodoad- — 15 suoque filio] suum filium — 16 inultam — 21 ciuilibus bellis — 23 cyrillo marcello fara aliisque diuersis iudicibus — 24 ducem salomonem — 25 africam — 29 anhelanti suoque aduentu suspectae subueniret italiae — constructo] instructo — 30 tam nauale quam equestre agmen educens — p. 49, 1 uitigis — exercitui — 2 campaniam — 3 habebant — 4 at — 5 excusare — eo] eum — 6 uoti consensit — 7 rauennam — regnumque suum — 10 rauennam — 15 machinisque i. et turribus — 17 effugatum] fugauit — 19 theodoberto — ducentis milibus aduenerat — 20 ad alia] aliis — 21 de finibus italicis — 22 et opes] opes — principem] regem — 28 aduentum] aduentui — 29 persae — p. 50, 1 fugientem] fugientis — 4 in unius anni spatio — aduersus — 6 suos se fines] fines suos se — 9 constantino — 10 resistere — contra parthos] parthis — 12 agnoscat — 13 regem reginam et opes — 14 principe — 15 recruscentibus animis — hellebado et sic porro — 16 adsistunt — 17 uix spatio — 19 regnum — acitur — 21 et om. — macellos — 24 terrae — 26 repperiri — rauennam — 27 que om. — mari epyrum — 28 contentiones et iurgia] contentionibus et iurgiis — 29 qui] qui et — p. 51, 1 naualem classem — romani portus — 2 recipit stationi — quam om. — 5 cum] eum — tybri — 6 gladio om. — hortatur exercitum — 7 ann. fac.] fac. ann. — totulam — 8 mutatione — 9 quiescente — sicilia — 11 militarique] militari — 12 matheuenta th. r. nepte — 13 derelicta — matrimonium sumpta — 14 sardicensi — 16 deuastit — 17 africa] in africa — salomone stotza — 18 corruunt] concurrunt — iohannes — 19 gundharic — 20 eo i. c. trucidato — 21 que om. — 22 ei] et — 23 stotze perempto — successerat — urbe — 24 que om. — iohanni d. patricio — 25 troglite — 26 accipit — in om. — principi — 27 principali — 29 parthis — aduersos — p. 52, 2 iuuante — 4 matrimonium — 7 illam — magistro militum item cum gepidis — 8 gothisi in — ambabus — 10 burgarum — 12 rei publicae trogoediam (sic) — 14 ab om.

MONACENSIS POLLINGENSIS n. 11306 saec. XII. insunt Eusebii historia ecclesiastica a Rufino Latine versa, Iordanis Romana cum carmine Honorii eiusdemque Getica, Karoli Alcuinique epistolae quaedam. classis primae est, nam habet in praefatione Geticorum p. 53, 3 *subuectu nauigii*, p. 53, 8 *dura imperia* (om. *satis*), item p. 127, 13 *abest et uidimer*. in Romanis proxime accedit ad librum Parisinum 4860 descriptus sine dubio et ipse ex Augiensi. sed et neglegenter scriptus et licet modeste interpolatus soloecismis aliquatenus sublatis. recte p. 68, 16 librarius *cyrum* dedit pro *cysum*, sed ex coniectura, cum in hac lectione et probi libri consentiant et ipse Ravennas. adhibuit librum ad Florum Iahnus contulimusque eum ad Romana ego, ad Getica Bethmannus. at non solum in pleno apparatu locus nullus ei dandus fuit, sed ne specimen quidem lectionis adscribere operae pretium visum est.

Deteriores ordinis primi

Ad exemplum a PEVTINGERO acceptum, id ipsum opinor quod in bibliothecae Peutingeranae catalogo ms. (inter schedas Lucae Holstenii cod. Barb. 38, 90) recensetur sic: 'Iordanis episcopi liber de summa temporum vel origine actibusque Romanae gentis', Beatus Rhenanus Romana Iordanis primus edidit post Procopium Latine versum Basileae a. 1531. ille liber ubi hodie sit, ignoro: pessimum fuisse vel certe pessimam interpolationem inde prodiisse subiectum specimen⁹⁷⁾ declarat.

OXONIENSIS Seldenianus 16 (antea Seld. 3362) saec. XII vel XIII (cf. Waitz *Neues Archiv* 4, 384) continet excerpta ex libris Catonis de originibus, Iustino, aliis; Orosium; Eutropium et Pauli Romana libris XV; Iordanis Romana distincta in capita XCVI; abbreviationem Willelmi de gestis sequentium imperatorum; codicem Theodosianum. Inscriptio libri est 'Iordanis episcopi Ravennatis natione Gothi de gestis Romanorum ad Vigiliam adbreuationis liber incipit', ubi quod Iordanis appellatur Ravennas, praeter hunc librum et sequentem in nullo alio Romanorum redit (cf. p. XIII). ipse codex, cuius partem extremam inde a c. 364 collatam habui a Paulio, nullius utilitatis est textum sistens totum ex arbitrio reformatum⁹⁸⁾.

OXONIENSIS collegii Balliolensis n. 125 (memorat eum Lelandus collect. 3, 62) saec. XV cum adnotationibus Gulielmi Malmesburiensis, continens eadem fere atque Seldenianus, in his Iordanis Romana cum indice modo relato, descriptus sit necesse est ex eo qui praecedit.

PARISINVS Lat. n. 2467 saec. XII continet Berengaudi expositionem in Apocalypsim,

97) c. 302—304: p. 38, 35 *diocletianus semper — triumpharunt — p. 39, 1 antecedentibus sibi liberis] ac de liberis cedentibus sibi liberis — 5 cappadociamque] in cappadocia c. 358—362: p. 46, 20 *aggreditur — mula insedens* om. — 21 *inimicus — 22 item rufinus alathortque mag. mil.] iterum suus gubernator magisterque militum — 24 nulliusque — p. 47, 2 *exc. hum. — 3 aliquantulum — 4 excubitorum — 5 misaelem — 7 misaelem — perdicam — exilium — 8 idem] idem quoque — 9 contusit ingentibus] contisque ingentibus caesum — salsum in gurgitem iecit — sepultura cum] sepultum tamen — 10 euocatam — 11 praesentem — ordinarium] ordinari tum — 12 suspicione — pr. facti — 13 confossum perimit — hic] hoc — ante quartum mensem — senectuti suae c. 386—388: p. 52, 3 *longobardorum — theodahati — 6 LX] quadraginta — pugna* om. — 7 *illam — hac — 8 mil. idem] milide — gepidis — mundionis — 10 haec sunt causae — instantiam quotidianam bulgarorum antarum — 12 tragoedia. — Subscr. Iordanis de regnorum ac temporum successione libri finis.****

98) Specimen adiecl c. 386—388: p. 52, 3 *theodahati* corr. in *theodadi* — 6 LX] *quam quadraginta — 7 illam — mag. mil. idem* om. — 8 *gepidis — 9 pariter] partim — 12 dignam tragedia nostri temporis rem publicam. — Subscriptio eadem est atque inscriptio.*

fragmentum passionis S. Quintini, Bernardi librum de dispensatione et praecepto, Anonymi homiliam de paschate, S. Bernardi homiliam de annuntiatione dominica, priorem partem Romanorum Iordanis (ante prologum principium operis a verbo p. 3, 1 *Romani ut ait* usque ad v. 13 *hominum natura* legitur, suo tamen loco iterum descriptum) deficientem in medio folio in verbis p. 30, 8 *arma viderunt*. specimen quod habui docuit librum inutilem esse.

VINDOBONENSIS n. 451 (olim hist. prof. n. 600) membr. saec. XII (Endlicher n. 406) continet annales Fuldenses (Monum. SS. 1, 341), Iordanis Romanorum partem priorem, quae deficit in media pagina eo ipso loco, quo desinit Parisinus 2467, Rufi breviarium (v. praef. Foersteri p. 7). gemellus praecedentis est nec magis utilis.

PARISINVS Lat. n. 5766 membr. saec. XII, antea Thuani, deinde Colberti, continet Caesaris commentarios (v. Nipperdey praef. p. 42) et Iordanis Getica. hunc librum (sibi B) Vossius contulit cum editione Vulcanii, quae collatio adservatur Lugduni in bibliotheca publica impressorum XIII. O. 673. ex specimine, quod habui, intellexi primi ordinis quidem esse, sed ex pessimo genere interpolatorum⁹⁹).

CAESENAS MALATESTIANVS plut. 12 cod. 5 'scriptus per me Ioh. Pergulitanum pro 'magnifico et potenti domino domino Malatesta Novella de Malatestis et completus 'die III Ianuarii MCCCCLIII', Getica sola continet. contulit eum Bethmann. primi ordinis est, sed ex eius generis deterrimis.

EKKEHARDVS Vraugiensis († post a. 1125) ut in chronicis (Mon. Germ. SS. VI p. 1 sq.) concinnandis Iordanis libellum utrumque passim adhibuit, ita continuo ordine iis inseruit ex Iordane fere solo compilata capita inscripta '*historia Gothorum*' (Mon. Germ. I. c. p. 119 inc. *Claudius Ptholomeus orbis terrae descriptor, finit huiusmodi fuisse legitur*), de *Amazonibus* (I. c. p. 121, inc. *Medio tempore habitationis, finit extitisse comperimus*), de *origine Hunorum* (I. c. p. 223, inc. *Filimer rex Gothorum — redeamus*), de *Wisigothis* (I. c. p. 124 *Wisigothae itaque* — p. 130 *pristinæ libertati restituit*). ea capita cum saepe inveniuntur seorsum descripta una cum similibus de historia Francorum, Langobardorum, Saxonum (v. Pertz *Archiv* vol. 7 p. 486 sq.), non raro in catalogis et alibi sub ipso Iordanis nomine recensentur. ita Palatinus tertius Gruteri codex est Ekkehardi. pendet Ekkehardus ex libro aliquo non bono ordinis primi.

EXCERPTA VERONENSIA Iordanis codicis Vaticani Palatini n. 927 scripti Veronae a. 1181 inserta sunt collectaneis hodie notis sub nomine Anonymi Valesiani, complexa locos desumptos ex Geticis hos: c. 55, 281 [igitur] *rex Theodemir* — § 282 *repedavit* (praescribitur: *item fuere et alii Gothi, ex quorum progenie Theodericus processit*) et c. 56, 288 *nec diu post hec* — 57, 293 *audacia intrat* et c. 57, 293 *indeque subreptive* — § 295 *regnator adsumit*. variam lectionem et misit mihi et ipse quoque edidit Carolus Zangemeister in musei Rhenani vol. 30 (1875) p. 309. ego praetermisi utpote desumpta ex libro ordinis primi parum bono, qui conveniret interdum

99) Specimen esto praefatio p. 53, 3 *subuectu nauigii* — 4 *castule lazare* — 5 *adbraviatione* — 7 *actibusque gesturum — et*] *ad — regesque descendentiu*] *et reges descendentiu* — 8 *duratis* — p. 54, 4 *ante hoc — auetas* — 5 *ex om. — ac*] *et — 8 commemorans — orans*] *ora — kme frater*.

cum emendationibus librorum interpolatorum; ita p. 131, 2 legit *inscio* pro *inconscio*, aequae atque Ambrosianus et Pollingensis¹⁰⁰).

Secundus ordo
codicum

Secundae classis cum quae hodie supersunt exemplaria integra Getica tantum habeant (nam Vindobonense n. 203 cum sua propagine ex hoc ordine primoque contaminatum est), olim Romana quoque eam habuisse constat. nam huius ordinis libros qui adhibuerunt Paulus et Landolfus, tam Romana quam Getica expilarunt, adsuntque item in epitome Phillippsiana (*S*), quae et ipsa huius classis est, ex utroque libello excerpta. quid quod eius ordinis qui extat liber antiquissimus Ottobonianus capite mutilus praeter Geticorum principium etiam Romana potest amisisse.

Hiatus huic ordini communes hi fere sunt:

p. 77, 4 vandiliarium vandalarius genuit *om. SOB*

86, 6 nam ibi civitatem *om. OB*

106, 11 abscisam truncatamque auribus *om. OB*

107, 9 non per bella ubi communis *om. OB*

119, 11 necdum Olybrio octavo mense in regno ingresso obeunte] nocte *OB*.

errorum iisdem libris communium exempla cumulare supervacaneum est; unum adnotabo, quoniam ad litteraturam communis archetypi pertinet, p. 126, 22 *parialde-meus OB* pro *paria id est meus*. praeterea miro modo passim per totam hanc familiam *enim* scribitur pro *autem*. verum hic ordo librorum una cum tertio servavit praesertim locis his:

p. 53, 3 subuectum nauigio *BXY cum Rufino*

8 dura satis *ABXY cum Rufino*

111, 18 clade traxerunt *OBXY*

20 ad(h)ortans *OBXY*

127, 13 et uidimer *OBY*

subuectu nauigii *HPVLA*

duratis *HPVL*

clade detraxerunt *HPVL*, clade detraxerant *A*

adortus *HPVL*, ad hortandum *A*

om. HPVA

ideoque ibi quoque, ubi quaestio ab sola librorum auctoritate pendet, consensus horum librorum sequendus erit. ita 85, 18 forma *tharvaro*, quae est in *OBXYZ*, propterea praelata est alteri *thurvaro* classis primae; quamquam cum in antiquissimis libris nullus error frequentior sit permutatione litterarum *u* et *a*, potest illa communio ad casum quoque non improbabiler referri. ob eandem causam debuit fortasse p. 59, 11 edi *exesis* cum classe secunda (*B*) et tertia, cum prima habeat *excisis*; sed cum in Ottoboniano sit *exsis*, fieri potest ut archetypum classis secundae sic vocabulum *excisis* mutilaverit et Breslaviensis librarius inde coniectura fecerit *exesis*.

Item in Romanis, quae tertius ordo non habet, ex secundo sola excerpta Phillippsiana, verum verive vestigium haec sola servaverunt certe uno loco:

p. 15, 2 mutius *S*, veius *HPVL*, mucius *Florus*.

hiatus duo, qui hodie notis libris insident (p. XLV), utrum item in secundo ordine

100) Sprevi excerpta Iordaniana inutilia et recentia, qualia sunt in codice Vindobonensi 3216 et in Guelferbytano n. 459 extravag. n. 115.

adfuerint necne, ignoratur, quoniam excerpta quae sola supersunt ad eas partes non perveniunt.

Classis haec sola contra reliquos consentientes verum servavisse non videtur; nam qui sequuntur loci ad id demonstrandum parum sufficiunt:

p. 72, 15 gothile *OB* (Κοθήλας), gudil(a)e *HPVLXYZ*, gadile *A*
119, 19 ar(e)uernate *OB*, preuernate *similiterve HPVLXYZ*

contra reliquos dissentientes verum servavit:

p. 79, 15 degere *AOB*, dedere *HPVL*, decore *XYZ*

Quibus locis in erroribus classis prima et secunda consentiant, ad tertiam exposuimus (p. LXII). ubi consentiunt in errore codices quidam classis primae et secundae, ut evenit locis his:

p. 81, 3 aegre ferentes *om. LOB*
88, 1 LX annos] *HPVLAOX*, xl annos *BY*
8 Golthescytha] *PV^bLY*, gothescytha *HV^aOB*

id sine dubio mero casu accidit.

Ab interpolatione grammatica princeps huius familiae immunis fuerit necesse est, cum ex libris quos habemus Ottobonianum certe ea vix attigerit; alibi autem temere immutatus fuit, ut p. 78, 18 *barbara lingua* substitutum est pro *patria*.

Iam singillatim testes recensebuntur.

PAVLVS DIACONVS historiae Romanae, quam scripsit ante a. 774, ex Iordanis li- Excerpta Pauli
bello utroque excerpta complura inseruit, pauca deinde historiae Langobardorum, quae utraque nos in editionis margine inferiore indicavimus. Flori locos ut Iordanes ipse, ita etiam compilerator eius propter pulchritudinem saepius ad verbum reddidit: praeterea vero Paulum neque ineptum hominem neque indoctum cum nequaquam fugeret ab Iordane pessime res narrari, apud eum inventa in formam magis aptam redegit, cuius rei optimum exemplum suppeditat Geticorum caput 57. ibi cum Iordanes breviter et parum concinne exponat Theodericum in urbe Constantinopoli bonis omnibus frui potuisse, sed suos cum in Illyrico non optime vivere intellexisset, in Italiam secum duxisse, Paulus (15, 14) inde effecit narrationem plane argutam: 'dum huiuscemodi Theodericus deliciis 'apud Constantinopolim afflueret, gens illius, id est Ostrogothae, dum eis propter fidei 'sanctionem praedas agere more solito non liceret nec tamen ab imperatore oblata sti- 'pendia sufficere possent, coepere non minimam egestatis penuriam pati: execrantur 'foedus compositum, vituperant inutilem pactionem, mittuntque continuo ad Theodori- 'cum qui dicerent, quas, dum ipse Graecorum epulis superflueret, inopiae miseras 'sustinerent' et quae sequuntur. similiter paulo post ubi scribit Zenonem Theoderico Italiam dedisse 'per pragmaticum' (plane ut in hist. Lang. 2, 12 Alboin episcopo Tarvisino bona ecclesiae confirmat 'per suum pragmaticum') 'sacri etiam velaminis dono', aperte suae aetatis coloribus traditam narrationem adiuvit. his similibusque ut abuteretur, qui Paulum alia secutum esse statueret quam ipsa quae habemus Iordaniana, ita aliis locis, ut in narratione de Aquileia ab Attila obsessa 14, 9, praeter Iordanem diversum eumque deperditum auctorem adhibuit. quae investigatio cum ipsa non huius loci sit, inde explicatur excerptorum Paulinorum ad verba Iordanis emendanda exigua

JORDANES.

h

utilitas. scilicet plerumque compendium tantum Iordanianorum dedit, aliis locis aut ampliavit ea aut contaminavit, ut ne id quidem, quid ex Iordane Paulus receperit, in hac editione ea brevitate quam res requirebat indicari potuerit quique accurate rem cognoscere cupit, ei adeunda sit ipsa Pauli historia Romana a Droyseno nuper ita recensita, ut ad singula capita auctor indicetur. ad crisin quod attinet, paucis locis Romanorum (p. 17, 21 *tepentis* et p. 17, 25 *numerata*), uno fortasse Geticorum (p. 132, 18 *aeream ei pro etiam et*) nostrorum librorum lectioni Paulina praeferrī poterit. eorum autem ad ordinem secundum Paulus in nominibus propriis formandis proxime accedit, ut scribit *Theodico* p. 134, 17, *Ermenfredus* p. 135, 6, *Trapstila* p. 135, 8, *Theodatus* p. 136, 19. interpolationis tamen huic ordini propriae apud Paulum vestigia nulla deprehendi. mero casu cum errore Heidelbergensis consentit p. 23, 17.

et Landolfi LANDOLFVS sagax inter a. 977 et 1026 et alia addidit ad Pauli historiam Romanam et ex Iordanis Geticis duos locos c. 24 et 35 ei inseruit. eum, cum aliter atque Paulus auctorum quos expilat ipsa verba retinere soleat, luculenter apparet habuisse codicem Ottoboniani simillimum, sed eo emendatiorem, confirmaturque ita quod modo significavimus Paulum et ipsum huius ordinis codicem usurpavisse videri. nam eadem volumina, quibus Paulus usus est, a Landolfo quoque potissimum usurpata esse inde colligitur, quod Originem gentis Romanae pleniorē Paulus et Landolfus soli adhibuerunt (cf. quae exposui in *Hermae* vol. 12 p. 401).

et Herigeri HERIGER Lobiensis abbas gestis episcoporum Leodiensium, quae a. 979 vel paullo ante composuit, l. I c. 18. 19 (*Mon. Germ. SS.* 7 p. 172) locum inseruit de Hunis p. 87, 6 — 91, 9, quem ei suppeditavit 'Iordanis episcopus in historia de gestis Gothorum 'vel Getarum' ex secundae classis libro quodam depromptum, ideo autem notabilem, quod errores quidam huius ordinis libris quos novimus omnibus communes 89, 11 *magnas pro magas* et 89, 13 *terrae pro errare*, ab Herigerano excerpto absunt; quapropter variam lectionem eius infra adscripsi¹⁰¹⁾. — Similiter HVGGO FLAVINIACENSIS c. a. 1100¹⁰²⁾ et OTTO FRISINGENSIS c. a. 1143¹⁰³⁾ usi uterque Iordanis chronico utroque huius ordinis librum videntur adhibuisse.

Epitome
Phillippiana

PHILLIPPSIANAEBIBLIOTHECAE aliquando Middlehillii, hodie Cheltenhami adservatae codex (nobis S) hodie bipertitus 1885. 1896 membr. saec. IX antea fuit Parisiis in collegio Claromontano, deinde bibliothecae Meermannianae n. 821. inter excerpta histo-

101) p. 89, 6 *post]* *postea* — *interuallum* — *horosius hunorum* — 7 *omni]* *cum omni* — *extitisse]* *constituisse* — 8 *filime* — *egressum scantiae* — 10 *introtisse superius]* *introtisset sicut* — 11 *haliorunnas* — 12 *solitudine* — 13 *heremum* — *corum]* *se earum* — 14 *quae]* *quod* — 16 *quod]* *quia* — *assignabant* — 18 *quod]* *quae* — 19 *quiete]* *fide* — 20 *interioris]* *ulteriore* — p. 90, 1 *inquirunt* — 2 *se viae* — 3 *meotidem quae* (sic) *inperuam* — *pelagus aestimant]* *pecus existimabant* — 4 *quoque]* *q. ut* — 5 *inuidiam* — 6 *qui]* *quia* — 7 *iter]* *item* — *nullae ante aetati]* *ante hac aetate nulli* — 8 *diu.]* *per diu.* — *edicunt* — 9 *quam* — *didicerant* — 10 *prius om.* — 12 *alcildsueros]* *acildsueros* — *tuncorsos* — *insidebant* — 13 *alantis* — 15 *quos]* *quod* — p. 91, 1 *nigredinis* — 2 *deformis* — 3 *fiduciam turbidus prodit* — 4 *sec. gen.* — 5 *hinc]* *hi* — *uetustate* — 6 *tempestiuam om.* — *gratia cleatrices assumit* — 7 *quidem om.* — *argutis]* *acuti* — 8 *ad om.* — *arcos.*

102) Legitur apud hunc (*Mon. Germ. SS.* VIII p. 313) *Wisirmar*, ubi *uisurmar* est in *O*, p. 87, 11; *Balamir* cum *OB* p. 91, 19; in *Barinto amne*, ubi *Barentum OB*, p. 99, 11: contra casu opinor *Adricus* cum *H* p. 87, 7.

103) Apud hunc quoque 4, 21 (*Mon. Germ. SS.* XX p. 207) *amnis appellatur Barentus*; 4, 28 *receptis* est cum *SOB* p. 105, 18. sed adest *gentium* p. 105, 13.

rica diversa, quae in eo libro insunt ex ordine numerata, sub n. VIII (cod. 1896 q. XV—XIX) refertur 'liber Iordanis episcopi de summa temporum vel origine actibusque gentis Romanorum', item sub n. VIII (cod. 1896 q. XX) 'origo gentis Getarum ex libro Iordanis excerptum'. prioris libri epitomator amplam partem descripsit, ex Geticis non multa selegit, sed ut consensus cum Ottoboniano et Bambergensi inde patefiat.

VATICANVS OTTOBONIANVS n. 1346 (nobis O) membranaceus est quart. min. saec. Ottobonianus X foliorum 208. sequitur f. 132' 'excidium Troiae' nescio quod, incipiens 'Tetis dicta est mater Achillis, que de numero quinquaginta Nereidarum dicta est', finiens, ubi liber desinit mutilus, sic: 'sed veniente ad eum Postumio cum Albanos vicit et regnum Albanum inhabit et Larentinum finitum est'. quaterniones numerantur O-Z, deinde XV et sic porro. iam codex incipit in Geticis p. 58, 10 verbis *brachio exeunte*; deficit praeterea locus p. 60, 17 *inreparabiliter* ad 61, 16 *montem*, item folio exciso locus p. 116, 17 *didit occupandam* ad p. 117, 4 *pretermeat*. inscriptio deficit; subscriptio eadem est atque in reliquis bonis libris. collatum habui tam a Bethmanno quam longe accuratius ab optimo amico Ottone Hirschfeld. — Archetypum libri scriptum fuit litteris Scotticis: scilicet in erroribus huic libro propriis confunduntur passim a et u:

- p. 78, 11 *mumae* pro *mamae*
- 96, 11 *utrumque rem publicum* pro *utramque rem publicam*
- 97, 3 *lutus* pro *latus*
- 105, 1 *dispositus* pro *dispositas*
- 106, 1 *baculam* pro *buculam*
- 116, 6 *fagatum* pro *fugatum*

r et s:

- p. 78, 10. 12. 86, 17 *alexrand-* omnino pro *alexsand-*
- 99, 11 *barent-* pro *busent-*

i et l:

- p. 75, 10 *malores* pro *maiores*
- 86, 4 *agamemnon loco* pro *agamemniaco*
- 96, 3 *prelens* pro *praeiens*

librarium imperite et indiligenter officio functum esse et haec exempla monstrant et alia plurima.

BRESLAVIENSIS REHDIGERENVS repos. n. 106 (nobis B) membr. saec. XI, 'liber Breslaviensis S. Martini et S. Elifi martiris', itaque aliquando Coloniae adservatus; non continet nisi Getica. deficiunt folia duo a p. 101, 5 *ut Placidiam* ad p. 103, 1 *revocata* et a p. 110, 2 *non inmerito* ad p. 111, 15 *aspectu*. codex quamquam et aetate cedit Ottoboniano et integritate verbis passim ad arbitrium grammatici reformatis, tamen non solum ubi Ottobonianus deficit, classem hanc optime repraesentat, sed etiam suum locum tenet iuxta illum non ex eo pendens: ita hiatus Ottoboniani p. 85, 10. 92, 18. 104, 17. 106, 14. 17 in libro Breslaviensi non redeunt, similiterque errores illius non pauci ab hoc absunt. contuli ipse recognovique deinde ad huius editionis plagulas.

Conradus PEVTINGER qui Getica primus edidit a. 1515, necesse est secutus sit

h*

librum proxime accedentem ad Breslaviensem¹⁰⁴⁾, quocum plurima a reliquis codicibus aliena communia habet¹⁰⁵⁾, nec tamen ipsum expressit¹⁰⁶⁾.

VINDOBONENSIS n. 203 (olim hist. prof. 652; Endlicher n. 404) membr. saec. XI continet Iordanis Getica et Romana et inter utrumque libellum interpositum excerptum quod dicitur ex historia Gallica, de quo dixit Iac. Grimm *deutsche Mythol.* ed. 2 p. 269 sq. contaminatus est ex ordine hoc et primo. Romana vidimus prima classe librorum sola servata esse; Getica specimen subiectum¹⁰⁷⁾ (praef. et c. 3) ostendit stare in universum cum ordine secundo, quocum et lectiones plurimas communes habent et hiatus quosdam (ut 58, 3), sed item multa habere ex ordine primo adscita¹⁰⁸⁾. contaminationem eo modo significatam extra dubium ponunt geminationes in libro Vindobonensi ita admissae, ut utraque lectio in ordinem verborum recepta sit; exempli causa p. 60, 5 *romanis OB, germanis reliqui, romanis germanis Vindob.*; ibidem *infesti pugnae saeuilia B* (quae interpolatio originem traxit ex lectione hiante codicis eiusdem familiae melioris *O pugna seuitia*), *pugnabant beluina saeuilia* reliqui, *alii infestae seucicia pugnae pugnabant beluina seuitia* Vindobonensis. in archetypo igitur lectioni verae ordinis primi superscripta fuit interpolata ordinis secundi. huic libro et derivatis ex eo propria sunt glossa *attingere* in textum admissa p. 53, 3 et emblemata Rom. c. 324 p. 41, 32 *statim hostes . . . filium suum*.

VINDOBONENSIS n. 226 (antea Vniv. 690) saec. XII, olim Ioh. Cuspiniani, deinde Ioh. Fabri episcopi Vindobonensis (Endlicher n. 405), continet Iordanis Getica et Romana interposito excerpto ex historia Gallica supra dicto, praeterea Daretis historiam Troianam et vitam Apollonii Tyrii. descriptus est ex cod. Vindob. 203¹⁰⁹⁾.

VINDOBONENSIS n. 3221 (antea rec. n. 2129) chart. saec. XV (Endlicher n. 407) scriptus a. 1447, deinde a doctore Achacio Pehaim datus Ioh. Fuchsmageno, continet Aretinum de bello Gottico, Iordanis Getica, excerptum ex historia Gallica supra dictum, Daretem, Iordanis Romana. fluxit ex eodem libro.

104) Subiecti quae editio c. 3 habet a Breslaviensi libro diversa: p. 58, 3 *cedri* — 4 *cuius] eius* — 5 *uistulae* — 11 *hic . . . uiuunt* adest — *ubi] ibi* — 14 *uero* adest — 20 *est* adest — p. 59, 1 *tres gentes] gentes tres* — 2 *ouium] auium* — 9 *sub humo plana ac fertili* — 10 *et* adest — 12 *et] ex* — *raumaricae ragnaricii* — p. 60, 5 *infestae saeuilia pugnae*.

105) Ita in capite citato cum Breslaviensi stat contra Ottobonianum p. 58, 22 *austrina signa* — p. 59, 11 *mixti* — 14 *cogeni* — p. 60, 2 *unizae* — 3 *non ante omnes sed ante multos*.

106) Glossa p. 58, 11 *hic . . . uiuunt*, quae a Breslaviensi abest, adest et in margine Ottoboniani et in editione princeps. p. 106, 11 pro verbis *ab ea parati* cum substituat Breslaviensis *eam putatis*, in editione utrumque est *ab ea parati eam putatis*; commune igitur archetypum habuerit necesse est *ab ea parati*.

107) p. 53, 3 *stringere] attingere stringere* — 7 *actibusque* — *descendente* — p. 54, 1 *super omne autem] superat nos hoc* — 5 *retinere] tenere* — 6 *dictatione* — 8 *ut* (postea add.) p. 58, 1 *etenim] enim* — *cladius ptholomeus* — 12 *arctoo* — *scansia* et sic deinceps — 3 *cedri* — *ducta] ductum* — *de qua . . . positam refert om.* — 5 *fluminis] fluvii* — 10 *exeunte* — 13 *ferentur* (corr.) — 15 *eorum] earum* — *ptholomeus* — 16 *frigus* — 19 *luce vicem.* — *nesc. clar.* — 22 *austrina signa* — *illos] illis* — p. 59, 1 *crefennae* — 2 *ouium auiumque* — 4 *thoringi* — 5 *saphyrinas pellas* — 8 *theutes uagoth pergio* — 9 *uno] sic corr., m. 1 incerta* — *plana ac fertili* — 11 *mixti euagrae* — 13 *eorum] horum* — 14 *cogniti] cogeni* — p. 60, 2 *acgansi eunizi ethelrugi* — 5 *germanis] romanis germanis* — inter *grandiores* et *pugnabant* ins. *alii* (suprascr. s) *infestae seucicia pugnae*.

108) Ita adest 58, 11 *quidem* omissum in *OB*, item 77, 4 *uandiliarium uandiliarius genuit* pariter in iisdem omissum, legiturque 59, 2 *ouium auiumque* et 59, 4 *suchans*, ubi *suchans* habent *OB*.

109) In loco diacritico p. 60, 5 adest duplex lectio pariter atque in Vindobonensi 203, sed *aliis* pro *alii*. idem fere valet de iis qui sequuntur.

VINDOBONENSIS n. 3129 (olim Salisburgensis n. 33b) chart. saec. XV (Endlicher n. 408) cum adnotationibus Ioh. Hinderbach episcopi Tridentini (1465—1486) fuit aliquando Tridenti in episcopio (v. catalogus bibliothecae eius scriptus ab Ioh. Ben. Gentilotti editus apud Bonellium in monumentis ecclesiae Tridentinae vol. III part. 2 Tridenti a. 1765 p. 382 n. 86); continet Iordanis Romana, historiam Apollonii, Iordanis Getica. derivatus est ex eodem.

VINDOBONENSIS n. 3177 (antea hist. eccl. 75), scriptus a. 1501, fuit item Ioh. Fabri. continet Victorem Vitensem, Pauli historiam Langobardicam, Iordanis Getica, Callimachi Attilam. item descriptus ex eodem.

MONACENSIS 14506 olim RATISBONENSIS S. Emmerami F 9 membr. saec. XII praeter alia minora continet 'excerptum ex historia Gallica' id de quo modo diximus et Iordanis Romana, quae deficiunt p. 15, 19 in verbis *proh pudor uic.* descendit sine dubio ex codice Vindobonensi 203.

PRESSBURGI apud Capucinos qui fuit liber chart. saec. XV, antea Theoderici Vlsenii medici Augustani, continens Iordanis Getica, Prosperi chronicon, excerpta ex Historia miscella, carmina quaedam Vlsenii, eum c. a. 1824 Endlicher Vindobonensis contulit, quam collationem Theodorus Karajan cum Bethmanno communicavit. descriptus est sine dubio ex Vindobonensi n. 203, nam dittographia secunda p. 60, 5 apud eum redit.

OXONIENSIS Dorvillianus X, 1, 3, 38 chart. saec. XV exeuntis continet Pauli historiam Langobardorum et Iordanis Getica. descriptus videtur esse non ex ipso Vindobonensi 203, sed ex archetypo eius: dittographiarum p. 60, 5 priorem habet inverso ordine (*germanis romanis*), in altera legit *infestae saeuitia pugnae* omissa lectione primaria. contulit nobis R. Pauli c. 1—7. 60. omisimus totum.

VINDOBONENSIS 3416 (antea hist. prof. 452) chart. saec. XV, antea Iohannis Fuchsmagen († 1499), deinde Cuspiniani. praeter Chronographum a. 354 continet scripta manu diversa Kadlubeki chronica Polonorum et Iordanis Getica in fine mutila (deficiunt p. 138, 8 *urbis aufugit*). de eo similiter iudicandum est atque de Oxoniensi modo dicto: ex duabus dittographiis p. 60, 5 priorem habet sic: *romanis uel germanis*, altero loco legit *infeste saeuitia pugne*.

GOTWICENSIS monasterii (id enim esse quod in libris scriptis corrupto vocabulo dicitur Cirtoicense recte editor intellexit) codicem Geticorum Iordanis nactus Aeneas Silvius (1405—1464) epitomam eorum fecit, ut ipse ait in epistula praemissa ad Iohannem de Carnaiali cardinalem: quam epitomam codices proponunt Veneti duo bibl. Marc. cl. X n. 14 et cl. XXII n. 153, Donaueschingensis n. 507 catalogi Barackiani, alii, edidit Raimundus Duellius (biga librorum rariorum. Francofurti et Lipsiae 1730. fol.) librum ab Aenea Silvio usurpatum similem fuisse Vindobonensi n. 203 ex multis iudiciis intellegitur: p. 59, 1 *eresennae* legitur pro *Reresennis*, auctor autem *Iordanes* dicitur, non *Iornandes*.

Tertia classis facile dignoscitur ex inscriptione Geticorum (Romana qui simul con-
tineret huius ordinis liber nullus innotuit), quae haec est: 'in hoc corpore continentur
Tertius ordo
codicum

'cronica Iordani episcopi Ravennatis civitatis [cf. supra p. XIII] de origine ac vocabulis 'gentis Gothorum aedita ad Castalium sumptaque ex auctoribus, id est Senatore Ablabio Prisco Ioseppo Lucano Pomponio Dione Pompeio Trogo Virgilio Dicineo Comosaco 'Salmoxe Zeuta Deuxippo Libio Tito Orosio Paulo Simmacho Strabone Cornelio Claudio 'Tholomeo'. ita Cantabrigiensis, similiterque Atrebatensis Parisinus Brugensis Holmiensis: in compendium redegit Berolinensis sic: 'incipit prefatio Iordanis episcopi Ravennatis ad Castulum in historia Gothorum'. in iisdem libris, certe in Cantabrigiensi Berolinensi Gandavensi, post absolutum opus subiciuntur 'nomina gentium huius historiae. Adogit . . . Olibriones Rabari', excerpta scilicet simili ratione ex Iordanianis. eo quoque nomine haec familia coniuncta est, quod Getica Iordanis hic medium locum tenent inter Orosium et Ethicum qui praecedunt, et itinerarium Antonini quod sequitur. Orosium praecessisse in Atrebatensi infra videbimus. praecessit item in libro Cantabrigiensi, quamquam Orosii exemplum cum Ethico iam separatum est numeris inscriptum O. 4. 34; sequitur itinerarium deficiens in verbis *item a Terracina* p. 56 Pind. idem ordo est in Berolinensi, nisi quod itinerarium ab eo abest (cf. Car. Pertz cosmogr. Ethici p. 75). in Holmiensi hodie quidem desunt Orosius et itinerarium, sed ut illum appareat adfuisse. in Parisino praecedat Orosius, sequitur historia Alexandri, adfuit aliquando Ethicus. denique in Brugensi praecedat Orosius, sequitur historia Alexandri. itinerarii index in his libris hic est: 'incipit itinerarium provinciarum omnium 'antonini augusti imprimis provincia africe', id quod adnoto, quoniam similis inscriptio est codicum itinerarii duorum, Blandiniani Gandavensis et allati ex Morinis, de quibus itinerarii editores Pinder et Parthey praef. p. XV sq. egerunt, neque improbable est codicem principem huius familiae, quem infra videbimus fuisse Wandonis abbatis, tam in Geticis Iordanis hanc propaginem dedisse quam itinerarii certam familiam ex eo originem ducere.

Hiatus huic librorum ordini communis est inter alios hic:

p. 62, 16 et antes nominantur sclaveni *om. XYZ*

principem huius familiae *a* apertam habuisse litterae *u* similem errores ostendunt ei proprii:

lectio vera:

p. 69, 12 mater
97, 14 caesarea
102, 14 gunthamundus
113, 24 absentiam
114, 1. 116, 10 tolosam

lectio corrupta cl. III:

in utero
cessuria
gunthamandus
absentium
tholosum

item litteras *r s* simillimas:

p. 90, 12 boiscos
118, 10 dertona

boircos
desetona

sola haec classis verum servavit consentientibus in errore duabus aliis locis his:

cl. III:

p. 108, 10 certatur
109, 10 certamen ineunt
124, 23 copercula

cl. I. II:

testatur
certamine
cnius fercula

item dissentientibus aliis:

- p. 59, 1 scirefennae XYZ, rerefennae HPV^L Rav., crefennae OB
 2 ouis auium XYZ, ouium OB, ouium auiumque HPV^{LA}
 84, 4 iugo hemi AXYZ, iugum enim HPV, iugum eius L, iugum O, iugo B
 107, 17 diuersis gentium XY, diuersis gentibus et OB, superbarum gentium
 HPV^{LA}
 125, 25 conspiratioque XYZ, conspiratoque HPV^A, conspiratorumque OB

qui loci ita comparati sunt, ut neque de casu neque de coniectura recte cogitur. nec recte opinor obicietur paucitas exemplorum. nam cum auctor talis sit, cui ipsi perturbatissima quaeque et ineptissima merito tribuas, in Geticis autem, in quibus solis diversae originis codices praesto sunt, non multi loci inveniuntur ita desumpti ex auctoribus nobis servatis, ut in iis crisis certum fundamentum habeat, rari sint necesse est loci, ubi primi secundique ordinis librorum lectio ita vincatur a tertio, ut hanc evidenter appareat veram esse auctoris, illam ortam ex librariorum negligentia.

Quibus locis consentiunt in erroribus classis tertia et primae codices quidam:

- p. 72, 15 medopam PVLOB, medorum HXYZ
 90, 4 cerua disparuit HPV^{SOB}, om. LXYZ propter homoeoteleuton
 102, 2 egeritur reliqui, erigitur LXYZ

item classis tertia cum secunda:

- p. 84, 17 mirabiliter reliqui, miserabiliter BXY ex interpolatione hominis Christiani
 102, 19 exconsulem reliqui, et consulem OXY (B deficit)

ibi res redit aut ad corrigendi causam communem aut ad casum. interpolationes grammaticae cum passim deprehendantur, inveniuntur etiam aliae graviores: ita bis p. 78, 11. 80, 7 (hic tamen in solo Y) Alexander *Mamae* emendatus est in Alexandrum *Mammae filium*, item 88, 7 gentibus quae enumerantur numerus *undecim* adiectus. denique ex *mag. mil.* 88, 3 factum est *magna milia*. quapropter etiam quod legitur 55, 4 in his libris *ypopodes*, cum in reliquis sit *hyppodem*, per se probabile coniecturae tribuendum est, cum praesertim geographus Ravennas a reliquis libris stet et ex Ethico Iordanem in hoc librorum ordine praecedente librarius archetypi verum petere potuerit.

Principem huius familiae librum deprehendit Bethmannus eum fuisse, quem Wando per a. 742—747 abbas S. Wandregisili monasterio suo legavit testibus gestis abbatum Fontanellensium (Mon. Germ. SS. II p. 287) inscriptum 'historia Iordanis episcopi 'Ravennatis ecclesiae Getarum'; nam episcopum Ravennatem auctorem in hoc solo ordine librorum appellari supra p. XIII vidimus. at is liber hodie desideratur et quod de secundo ordine dixi eum eo nomine potissimum a primo superari, quod exemplaria antiqua et bona huius extant, illius perierunt, id multo magis in tertium cadit. nam cum hunc quoque constet extitisse saeculo octavo, exemplarium quae habuimus antiquissimum est Cantabrigiense saec. XI excerpta tamen habemus hoc antiquiora codicis Duacensis, de quibus iam videamus.

DVACENSIS codex n. 753 saeculi X exeuntis vel incipientis undecimi compilatio-
 nem rerum gestarum complectitur a monacho quodam Vedastino aut eodem tempore,
 quo liber scriptus est, aut non multo ante elaboratam et hoc solo codice nobis servatam. collectanea ea nuper prodierunt curante Waitzio nostro (Mon. Germ. SS. XIII p. 674 sq.), cui missum librum scriptum nos item pro re excussimus. auctor inter alia

Excerpta
 Duacensis

Iordanis, quem nomine quoque (scilicet ed. p. 678: *ut Iohannes* — sic errore — *Ravennatae urbis episcopus scribit*, item ubi locum p. 64, 20 exscribit, in margine est: '*sic Iordanis*') adhibuit Getica nec pauca inde ad verbum transcripsit. usus est codice huius ordinis ni fallor principe: certe etiam Vedastino coenobitae auctor episcopus est Ravennas, quaeque inde repetivit et ostendunt Iordanem eum legisse litteris Langobardicis scriptum (unde veniunt 60, 9 *ulmerachorum* pro *ulmerugorum* et 116, 7 *se mittens* pro *remittens*) et non solum sicubi huius familiae libri qui supersunt in diversa abeunt, meliori lectioni adsentit (ut 110, 15 *uobis* cum Z contra XY), sed habet etiam quae omittunt XYZ verba p. 62, 15 itemque aliquot locis contra eorum consensum antiquiorem scripturam servavit (ut 60, 8 *exientes*, 108, 3 *ribarii*, 110, 16 *magnum*, 110, 25 *autem*). ad crisin Iordanianorum licet excerpta Duacensia momentum raro afferant, si iusto tempore eorum copia mihi facta esset, apparatus critico varia lectio universa inserenda fuisset, ut feci quibusdam locis usus iis quae e Duacensi Bethmannus enotarat. iam sero nactus integra hoc certe loco pro supplemento editionis Waitzianae (p. 679 sq.) subieci elenchum excerptorum ex Iordane petitorum vel certe coniunctorum cum Iordanianis adscripta varia lectione, ubi a mea recensione discedunt. quem locum singula excerpta in compilatione Duacensi teneant si qui erit qui quaerat, adsumpta editione Waitziana facile intelleget.

[Veterum relatores hystoriarum] (p. 54, 10—16) totius — cognominant

54, 14 miliariorumque

[est ut] (p. 58, 1—12) Claudius Ptholomeus — descriptor in oceani — insulae dispositae

58, 2 oceani arctoi id est septemtrionali salo — scanzia *et sic vel scandzia postea* — 7 ad orientem — 8 gremium — 9 immenso — 10 exeunte — 12 esse *om.*

[in quibus insulis multae et diversae manserunt nationes, quarum omnium summum] (p. 65, 1) fuit studium inter alias gentes arcum intendere nervis, [certari missilibus, delectari cytharis. harum inquam nationum nomina quia fuerunt barbara nostraeque Latinitati dissona reliquimus. quae] (p. 60, 4. 5) gentes Germanis — sevitia, [ex quibus] (p. 59, 14) Dani [et Getae, quae primo Hostrogothi, id est orientales Gothi, nunc diviso vocabulo Vesegothi feruntur, feruntur egressi.] (p. 60, 6 — 61, 4) ex hac igitur — properant

60, 8 nomen loco — 9 ulmerachorum — 13 filamer — fil. gad. *om.* — 17 inrep.] miserabiliter — 19 reddit — 20 attestazione — 21 a *om.* — 61, 1 philimer — immenso *corr. in* emenso — optata potiti solo

(p. 61, 12 — 62, 3) Scythia [autem regio] Germaniae — fontem

61, 13 stagnum — 14 illud — 15 ambitum — 16 in sinistra parte — 17 sinibus — 62, 1 arctoo — 3 ab hostio suo

(p. 62, 7 — 63, 18) in cuius Scithiae — habitasse

62, 7 medio — 8 uastissimam — meotidam — 9 octo] uii — 12 flutaus — 14 aquilonem — 63, 1 nouietanense — 3 quia — 4 extenduntur *om.* — 6 uiduarii — 10 fortissimarum — fecundissima — 17 thraciaeque — mare *om.*

(p. 64, 5—8) in prima sede — annalium

64, 6 praefati unde loquimur] primi et antiqui gothi — phylimer — 7 salmoxen

(p. 64, 20—23) [in] tertia sede — serviebant. *hic in margine: sic Iordanis.*

64, 21 supra — ut sup. dix. *om.* — effecti] caeteris effecti

(p. 66, 8—13) Tanausis rex [Scytharum vel ex Oros. 1, 14] Gothorum [qui Phylimer successerat] Versozen Aegyptiorum regi ad Phasim fluvium [in marg. a quo phasides aves exortae vel cognominatae sunt] occurrit — subiugavit

10 aegyptum — 12 uesosis om. — ibi eum in eius patria — 13 eum ledere nequiuisset

(p. 66, 15. 16) ex cuius exercitu [multi provintias contuentes subiectas] deserto suorum agmine in Asiae partibus resederunt

[Rome post exactos reges dum prudentia consulum et fortitudine populorum totus pene orbis terra marique fragore obviantium armorum concuteretur, tempore quo Ptholomeus Cleopatre filius regnum Aegyptiorum (cf. p. 73, 15) Lutiusque Cornelius Sylla Romanum potitus est consulatum, Gothi ab Asia migrantes Datiam invaserunt, (cf. p. 75, 8) quae trans Danubium posita corona cingitur montium, quam non minus annis CCCLII^{bis} tenuerunt ad tempora usque Maximini Gothi, qui triennio Romanis imperavit. hic Maximus (sic) patre Gotho Micca nomine progenitus (sequitur compendium narrationis p. 78, 13 — 80, 8 editum apud Waitzium p. 680). potitus imperio ad tuitionem Romani imperii familiarem, quia ex vicino sanguine concretam, Gothorum alam ex Datia evocans in Barcionam collocat incolasque veteres ferro solo eliminat. Gothi igitur talem occasionem nacti permissa obtinuerunt loca et post biennium Narbonam super ripam Rodani fluminis sitam non sine multo suorum sanguine, dein post quinquennium sua rabie depopulantes Tolosam indepti sunt foederatique cum Romanis annui stipendiarii sub XX^{II}^{bis} imperatoribus annis manserunt CCXLVII].

[Sub Galerio imperatore partes Asiae — deleverunt] compendium narrationis p. 85, 18 — 86, 15 (Waitz l. c.).

[Sub Diocletiano — gladio peremerunt] compendium narrationis p. 86, 15 — 87, 3 (Waitz l. c.).

[Cum Theodosio virtute et prudentia consultissimo tunc iuris publici patricio, sed post victoriam consulatu Ausonii et Olibrii imperatore facto, contra Eugenium tyrannum, qui Gratiano imperatore occiso — preda recesserunt] compendium narrationis p. 93, 6—9. 95, 8. 9. 96, 10—19. 98, 16—18 (Waitz l. c.).

[Sed mox grave ferens res publica eos habere hostes quos consueverat adiutores regnique defensores, muneribus repropitiatos recepit foederatos (cf. p. 106, 13) fama interea et vera Rome perlata est ob diuturnam Romanorum atque Gothorum amicitiam Attilam Hunorum regem occidentalem atque comatam Galliam igne et ferro exterminari, et quaerebatur ut subveniretur, animabatur, ut armis tanta viri audacia premeretur. Hunos nam superius diximus secus litus Pontici maris manere quidem hieme, aestate campos velut animalia pervagare, venatione tantum usos vitam per longum tempus ita exegisse. sed ubi numerositate populi eorum excessit audacia, vicinarum gentium quietem turbare ceperunt fraudibus et rapinis. Ostrogothas sibi vicinos, qui longissimam oceani Germanici ripam insidebant, a quibus illi discesserant Gothi, quos notavimus ex Asia in Europae Galliam transisse, primo invadunt, sed mox repulsi, agilitate corporum confisi et agmine suorum, rursus crebro pertemptant, donec federatos recipiunt. Alanos quos dicunt Sclavos] (p. 90, 13 — 91, 9) pugna sibi pares — sevitia

91, 1 pauendae — nigredinis habens magis in facie puncta — 3 fiduciam — 5 suscipiant — 9 erecti

Wandalos quos nunc appellant Guenedos attemptaverunt, suis victoriis facile applicavere. gens Suavorum, id est Alamannorum, Gallis saepe numero infesta et ipsa Hunis cessit foederata. quod multis regnis terrarum non fuit ad minimum incommodum. haec apud Hunos agebantur, in quantum fides hystoriarum est credenda, temporibus Vespasiani filiorumque eius Titi atque Domitiani, qui Sarmatas atque Dacos evincere laborabat. enimvero elapsis annis ccc paulo amplius, dico autem imperii Theodosii iunioris et Archadii Honorii filio [sic], dum Innocentius papa nomen meritis evincens sedi Romanae curam administrabat, Gallia a deo relicta, quia pondere peccatorum aggravata stragem populi sui solvebat coacta, non hanc Iulianam neque Alemannicam coequare potuit mortiferam rabiem, quoniam haec quanto populorum numerositate multiplicior, tanto grandine et pernitie inmanior. is namque Attila Scytarum atque Hunorum dominus, calicem irae furorisque iusti iudicii propinaturus populis, tantis secum sociatis gentibus, quo via contulit, vivifica Christi aeclesiarum mysteria dissipavit, castra et civitates Christianitate viduavit et ubi post lamentabiles Christianorum cedes Parisius gravi barbarorum labore oppressa succubuit, circumquaque vastatis Aurelianis tenditur ipsaque agminibus hostium circumvallata perturbatur. sed inter agendum precibus beati Aniani eiusdem urbis episcopi ab Etio Romanorum patritio affabilitate, prudentia et belli fortitudine optimo, qui erat ex Italia patre natus Gaudentio, occurritur. cui in auxilio affuerunt duce rege Theoderico et filio eius Torismundo Gothi, (cf. p. 108, 3) id est Longobardi, Franci, Burgundiones, Sarmate, Armoriciani, Litigiani, Ribarii, Olibriones, Romani quondam milites. Attila excitus Romanorum fama ab Aurelianis recessit, bellum sitiens Romanis occurrit. convenitur itaque ab utroque populo in campos Maurianos qui Catalaunici dicuntur, centum — ab Etio prevenitur (*compendium narrationis* p. 108, 5 — 110, 10; *Waitz* p. 681).

[Vbi isdem patritius Gothis et caeteris populum talem adorsus est orationem] (p. 107, 3—20) : prudentiae vestrae — desiderantur [armis prestolantur]

107, 6 suum] mundi sua spe — 7 se om. — 8 etenim] enim — 10 angit — nobis] n. romanis — 13 vel] aut — 14 his . . 15 romani] his accensi milites uerbis habetis ait theodericus rex romani — 18 nullum] hinc nullum — pauit — 19 comites duci] milites ducis

[Interea] (p. 110, 11 — 111, 10) Attila — praecipitantur

110, 11 causa praecedente] pro montis vertice — 12 post] lectissima manus post — 13 rei om. — 15 consuetos — 16 uindictam — 18 iudicium — 20 campis — 21 notum — sunt om. — 22 testudinesque — 23 aciem alanos] acies — 24 nobis] n. erit — citam uictoriam — 111, 4 asserit — 5 maioribus nostris — 10 pugnam

[Circa horam — parte pugnantibus] *compendium narrationis* p. 109, 4. 5. 111, 24 — 112, 21. 113, 16—21; *Waitz* p. 681.

Sequitur (p. 681 ed.) locus de Gallia comata insertis excerptis ex Notitia Galliae, quae citatur sub nomine 'hystoriae Marcelli consulis'; scilicet adhibuit scriptor librum Bertiniani similem (St. Omer 697 + 706), in quo Marcellini chronico subiuncta est Notitia illa. haec excipit locus Hieronymi ep. 123 de clade Galliarum et narratio de M. Marcello sumpta ex Pauli historia Romana, item de Cn. Pompeio sumpta indidem, sed ut Cn. Pompeium Hispaniae victorem a Cn. Pompeio Hierosolymorum expugnatore scriptor suo errore distinguat. interposita sunt fabulosa multa pertinentia ad Galliae civitatum origines. deinde pergitur sic:

[Verum non sola Germania atque Gallia a tanto hoste passa est discrimina: eadem namque coacta sustinuit Italia milite et rerum copia opulentissima. nam post tantae caedis exterminium Torismundus ad paternum solum reversus est Tolosamque] (p. 114, 1—22) ingreditur — Italiam'

114, 1 hic] qui — fortium] f. gothorum et superiorum gallorum — 3 de secessu] discessu — 4 dissolutionem — 5 congressione — obsidit — 11 quae in fastigio — 17 omnibus generibus t. adhibitis — et om. — 18 ut appareat] apparerent — 19 et hinc — 21 tic.] tycinum quod nunc dicitur papia — 22 demoliunturque

(p. 115, 14 — 116, 9) Reversus itaque — recessit

115, 14 suas] proprias — 15 dir. leg. — 116, 1 immineret] appareret — 3 torismuadus — 6 spe om. — 7 remittens] se mittens — 8 et om.

Hiatus codicis intercepti quae sequebantur.

Codex ATREBATENSIS (nobis Z) collegiatae ecclesiae S. Mariae qui fuit hodie desideratur¹¹⁰), sed adhiberi potuit collationis eius, quam fecit Heribertus Rosweydius, apographum adscriptum ad marginem exemplaris editionis Lindenbrogianae adservati in bibliotheca publica Hamburgensi¹¹¹). recognitio etsi non indiligenter facta est, Rosweydius multa sine dubio adnotare aut noluit aut supersedit: quapropter silentio diffusi ibi tantum librum adlegavimus, ubi diserto testimonio de lectione constaret: neque enim tantae utilitatis est, ut ubi dubiis coniecturis lectio eius implicita foret, ad eum attendamus. similiter si quando adscripta dubitationem aliquam relinquebant, saepius ea suppressimus: ut p. 53, 4 in ed. est *castali*, superscriptum *e* pro *i*, ut dubium sit utrum *castale* an *castule* in Atrebatensi fuerit. item p. 59, 10 cum in ed. sit *athelnil*, deleta est *t*, sed utrum fuerit *ahelnil* an *ahelmi* (sic X), minus certum est. uno certe loco p. 110, 15 in hac familia cum Duacensi solum Atrebatensem verum servavisse supra p. LXIV observavimus; similiter 114, 22 solus tertii ordinis habet *demoliuntque*. e contrario non desunt mendae huic libro propriae, ut hiatus p. 73, 15. propius accedit ad Berolinensem Y quam ad Cantabrigiensem X etiam in erroribus (ita p. 126, 23 verba *mag. mil.* adsunt in X, absunt ab YZ), sed longe praestat Berolinensi eamque utilitatem praebet, quod ubicumque XZ consentiunt, de lectione libri principis huius ordinis fere decisum sit. ubi vero contra X stant YZ vel etiam, id quod raro evenit, tres libri in diversa omnes abeunt, archetypi lectio in coniectura posita est.

110) Mentio eius fit in catalogo saec. XIII vel XIV bibliothecae monasterii Atrebatensis S. Vedasti (Antonius Sanderus bibl. Belgica I [1641] p. 64) sic: 'historia Orosii et Iordanis'. Robertus Gale in praefatione ad patris Thomae Itinerarium Britanniarum (Londini 1709. 4.) p. IV quod ait patrem in itineralio Antonini recensendo adhibuisse variam lectionem a Benteleio ex codice Atrebatensi desumptam, pertinet sine dubio ad eundem librum, quem praeter Getica etiam itinerarium continuisse ut reliquos huius familiae probabile est; observantque editores Benteleianum itinerarii librum conspirare fere cum libris Gandavensi et Morino, quos supra p. LXII ad hanc familiam revocavimus. codicem eum, quem Galii possederunt eiusdem generis (nobis X), ipsum esse Atrebatensem quominus statuamus, obstat et lectionis XZ diversitas et quod itinerarium in libro a Benteleio adhibito integrum fuit, mancum in Galiano.

111) Nuper Heitzius professor Argentoratensis misit ad me alterum eiusdem editionis exemplar, aliquando 'bib. domus prof. societatis Iesu Antv(erpensis)', cui praescriptum est: 'contulli cum vetusto exemplari in membrana ecclesiae collegiatae S. Mariae Atrebat. habetur post Orosium in magno 4to. dedit eum 'librum ecclesiae Iacobus Arondelli canonicus. H(eribertus) R(osweydius)', archetypum igitur Hamburgensis, cuius in locum infelici clade deleti substitutum nunc adservatur in bibliotheca publica Hamburgensi. — Inde errores quidam apographi emendantur, ut 62, 12 in Z *stutaus* fuit ut in XY, non *stuitans*; 67, 12 *sortitae*, non *fortiter*.

Cantabrigiensis CANTABRIGIENSIS (nobis X) *Trinity College* O. 4. 36, antea Galii n. 64¹¹²), fol. membr. saec. XI exeuntis, quid contineat praeter Iordanis Getica, supra exposui. contuli ipse et lectionem rettuli plenam. codex est eorum qui toti conferri potuerint huius ordinis optimus, sed habet sibi proprios et hiatus (ut p. 92, 12. 127, 4) et errores complures.

Berolinensis BEROLINENSIS Lat. fol. 359 membr. saec. XII (nobis Y) fuit aliquando monasterii S. Lamberti Laetiensis (Liessies) in Hannonia (recensetur in catalogo librorum eius monasterii apud Sanderum bibl. Belg. vol. II a. 1643 p. 27 sic: 'Iordanes episcopus 'Ravennas, historia Getarum, liber unus'), postea apud Lebeau iure consultum Avenensem, ubi eum excussit Bethmannus, deinde in bibliotheca nostra regia. contuli ipse; lectionem rettuli suppressis mendis ei propriis, id est ubi solus stat contra reliquos libros omnes consentientes. interpolationem subiit sibi peculiarem; ita p. 121, 21, ubi Atrebatensis, Cantabrigiensis, Parisinus 5873 pro *dediticiis* dant corruptum *delitiis*, ei Berolinensis substituit *reliquis*, p. 128, 2 pro *herilieua* Cantabrigiensis et Parisini 5873 Berolinensis dat *herili sua*, p. 68, 16 ex *cysum* fecit *cydnum*, p. 61, 11 pro *edicere*, quod habent reliqui libri et ex hoc ordine Cantabrigiensis, in Atrebatensi est *ediscere*, in Berolinensi Parisino Brugensi *edisserere*. solus ubi verum habet (ut p. 63, 3 *qua pro quia*), coniectura in causa est.

Deteriores ordinis tertii

PARISINOS libros duos hodie disiunctos 4880 et 5873 aliquando unum volumen ita effecisse, ut quae in priore desunt folia (secundum numerationem antiquam) 49—64 in altero inveniantur, et res ostendit et ad priorem partem P. Pithoeus (nam eius manum agnovit qui mea causa examinavit A. Schoene) haec subnotavit: 'recepi hunc librum 'a P. Daniele idib. Octob. 1570, ex quo detraxi (?) quaterniones duos, in quorum 'posteriore fuerant abscisa folia quatuor quorum ultimum quod remanserat finem Aethici 'cosmographiae continebat'. prior codex continet post Orosium f. 48 principium Geticorum usque ad verba praefationis p. 53, 6 *de origine actibusque*, posterior foliis 49—60 (numerationis scilicet antiquae) quae sequuntur inde a verbis *getarum ab olim* usque ad p. 138, 20 *cessit et* fine mutila, praeterea Callisthenis vitam Alexandri, ut mittam ea quae biblioepa solus adiunxit. ex hoc libro sumpta est varia lectio quam a Pithoeo acceptam Fornerius ad marginem editionis suae (cum Cassiodorio Paris. 1579, rep. 1583. 1589) publicavit. eundem (sibi A) Vossius contulit cum editionis Vulcanii exemplari hodie adservato in bibliotheca Lugdunensi impr. XIII. O. 673. codex Berolinensi fere aequiparandus est, ut modo hic modo ille propius accedat ad huius familiae archetypum neuterque careat mendis sibi propriis. ad auctoris crisin nullam ex eo utilitatem redundare declarat specimen adiectum praefationem et c. 3 complectens¹¹³).

112) Eius meminit Robertus Gale p. IV praefationis ad patris Thomae editionem itinerarii Britanniarum (Londini 1709. 4.) verbis his: 'penes me est in pergamenis pars illa itinerarii quae Africam Sardiniam Siciliam Italiamque peragrat'. cf. Parthey et Pinder praef. itin. p. XXXI.

113) p. 53, 3 *litoris] maris* — 4 *castale lazare* — 5 *habet — id] hoc* — 7 *actibusque — generationes] egnationes* (sic) — 8 *ab eo] habeo* — 9 *nollet* — p. 54, 1 *implendum — autem] enim est* — 3 *eiusdem* — 8 *tu ut] ut tu* — *dominus t. amen* om. p. 58, 1 *etenim] enim* — *tholomeus* — 2 *occeano — scandzia* et sic deinceps plerumque (p. 59, 13. 60, 1 *scandze*) — 7 *ad orientem — lacum* om. — 8 *gremium* —

BRUGENSIS membr. fol. saec. XIV, olim abbatiae S. Mariae de Dunis (Terduyn) prope Brugam, iam Brugae est in seminario, ubi eum contulit Bethmann iudicavitque ex eodem libro descriptum, ex quo venit Berolinensis.

STOCKHOLMIENSI bibliothecae quem librum intulit Ioh. Gabr. Sparwenfeldt (Lilieblad cat. libr. mss. quibus bibl. regiam Holmiensem auxit I. G. Sparwenfeldt. Holmiae 1706. 4.), eum specimine sumpto huic ordini adiudicavit Bethmannus.

GANDAVENSIS capituli membranaceus fol. saec. XV exeuntis, cui in fine adscripsit idem librarius haec: 'hoc volumen comparavit Raphael de Marcatellis dei gratia episcopus Rosensis abbas S. Bavonis iuxta Gandavum a. d. 1492', continet historiam naturalem animalium cum figuris, Iordanis Getica, Iohannis de Thurocz chronicon Hungariae, Rogeri carmen de destructione Hungariae, Aeneae Silvii historiam Bohemicam. specimen lectionum enotavit Bethmann; huius ordinis est, sed inutilis.

Eiusdem ordinis libri commemorantur hi:

BATAYLIENSIS MONASTERII a. 1538 descripsit Lelandus collect. 3, 68 sic: 'Chronicon Iordanis episcopi Ravennatensis integrum: praefiguntur historiae nomina autorum, quorum testimonio usus est, et in fine recenset nomina barbararum gentium, id est populorum Germaniae. Itinerarium Antonini mancum, in quo nihil de Britannia'.

CANTVARIENSEM librum 'ex quodam registro sive indice bibliothecae Cantuariensis' idem Lelandus collect. 3, 120 recenset sic: 'Chronica Iordanis episcopi Ravennaten. de rebus gestis Gotthorum. Itinerarium Antonini'.

ST. OMER n. 717 membr. saec. XI secundum catalogum continet continuitve praefationem Orosii, Ethicum, Iordanis Getica, historiam tripertitam. Geticis praescribitur: 'in hoc corpore continetur chronica Iordanis ep. Rav. civ. de origine ac vocabulis gentis Gothorem aedita ad Castalium': sed maxima pars eorum abscissa ex volumine hodie desideratur.

De codicibus Iordanis, quorum ne ordinem quidem determinare potuimus cui adscribendi sint, quas Bethmannus collegit quaeque praeterea casu magis quam consilio succreverunt indicationes, hoc loco composui si non ad crisis, fortasse ad alia quandoque utilia futura. Libri deperditi

Liber 'cuiusdam de gestis Gothorum' qui Bobii fuit secundum catalogum saec. X (Muratori antt. Ital. 3 p. 819) num fuerit Iordanis, parum constat. in inventario a. 1461 non comparat.

Cameraci in S. Benedicti (teste Sandero bibl. Belg. 2, 27) servabatur 'Iordanis historia Getarum liber unus'. ibi iam non extat.

Casini inter volumina, quae Desiderius abbas tum, postea a. 1086 papa creatus scribi iussit, secundum Petrum diaconum III, 63 fuit quo continebatur 'historia Iordanis episcopi de Romanis et Gothis'.

evoluit — 9 immenso — 10 exeunte — 12 esse om. — 15 tamen] tantum — earum — tholomeus — 16 frigus — 19 lucem claram — p. 59, 1 circuise — que] qui — 4 thoringi — 8 hallim — 9 una planitie ac fertiles — 10 ahelmil rocte — 11 mixti — exesis — 12 et his] et tethis — raumarice ragnarici — 14 cognitio — p. 60, 1 nimiam proceritatem — 2 aigandsi — gethel — rannii — 3 rodus — 4 gremium

In inventario rerum monasterii Centulensis sive S. Richarii in Picardia a. 831 facto (d'Achery spicil. ed. 2 vol. II p. 311) recensetur 'historia Iordanis de summa 'temporum et de origine actibusque Romanorum uno volumine'.

Gratzi in bibliotheca universitatis fol. 42, 59 codex est saec. XII exeuntis adservatus olim in S. Lamperti in Austria cum hac praescriptione: 'hos historiographos in uno volumine, sed sub XXIII librorum distinctione comprehendere proposuit 'Hartwicus: Orosium, Ottonem Fris. ep., Romanam historiam, Iordanem, Trogum 'Pomp., Honorii chronica, Reginonis chronica, Livium, Nicophorum vel Geor. . . .' (cf. Wattenbach apud Pertzium *Archiv* 10, 623). in ipso volumine Iordanis libelli non adsunt.

Apud Silvestrum Maurolycum teste catalogo librorum eius (cod. Vat. Christ. 2099 saec. XVI) fuit codex continens 'Gepidarum gesta et Pauli diaconi hist. Lang. 'membr. fol.'.

Murbaci secundum catalogum a. 1464 (Matter *lettres et pièces rares* Parisiis 1846 p. 69) fuerunt Iordanis historiarum libri duo.

In 'Consignatione librorum illustriss. princ. et ducis Mediol. et Papie facta in castro 'Papie 1426' (servat eam ms. bibl. Vniv. Paviae in Ticinensibus XXXV, 3) recensetur 'Cronica Gothorum et aliorum regum. Volentem . . . pacem custodiens DCCCLXIII'. prima verba principium sunt Geticorum Iordanis, postrema finis Langobardicae historiae Pauli diaconi.

Treveris in S. Maximini fuit volumen continens 'Gesta Getarum' teste catalogo eius bibliothecae ex cod. Brux. 6833 edito a Reiffenbergio *annuaire de la bibl. royale de Belgique* 3, 124.

Weihenstephani in bibliotheca secundum catalogum saec. XII (cod. Monac. 21521 et inde Pez thes. 1 praef. p. XXV) fuit 'chronica Iordanis'. in bibliothecam Monacensem id volumen non pervenit.

Editiones

Editiones factae sunt esseve dicuntur hae.

1. Geticorum cum Pauli historia Langobardorum Augustae Vindelicorum 1515 cura Conradi PEVTINGERI (v. supra p. LIX).
2. utriusque libelli cum Procopii libris historicis Latine versis. Basileae 1531 cura Beati RHENANI (v. supra p. LIV).
3. utriusque libelli cum Zosimo Procopio Agathia Basileae (1531) cura LEVNCIAVII.
4. Geticorum post Cassiodorii opera Parisiis 1579 (indice mutato vel repetita editione 1583. 1588. 1600) cura FORNERII.
5. Romanorum non integrorum in SYLBVRGII scriptoribus hist. Rom. Francofurti 1588.
6. utriusque libelli sub titulo 'Iustiniani Augusti historia' cum Procopio et Agathia Lugduni 1594 cura Simonis G. Silvii.
7. utriusque libelli cum Isidoro et Procopio Lugduni Batavorum 1597 (indice mutato 1617) cura Bonaventurae VVLCANII.
8. Geticorum cum Cassiodorii operibus Aureliae Allobrogum 1609 (denuo 1622. 1637. 1650. 1656) cura Petri BROSSEI.

9. Romanorum in scriptoribus historiae Romanae qui prodierunt Aureliae Allobrogum a. 1609, repetiti sunt Ebroduni 1621. Amstelaedami 1625. 1630. Lugduni Bat. 1648. Heidelbergae 1743. 1778.
10. utriusque libelli in GRVTERI historiae Augustae scriptoribus Latinis minoribus Hanoviae 1611.
11. utriusque libelli cum Isidoro et Paulo Hamburgi 1611 cura Friderici LINDENBROG.
12. utriusque libelli in BIBLIOTHECA PATRVM COLONIENSI vol. VI, 2 (1618), 718.
13. Geticorum post Hugonis Grotii historiam Gothorum Vandalorum et Langobardorum Amstelaedami apud ELZEVIROS 1655.
14. utriusque libelli in BIBLIOTHECA PATRVM MAXIMA LVGDVNENSI vol. XI (1677) p. 1052.
15. Geticorum cum Cassiodorii operum vol. 1 Rotomagi 1679 cura Iohannis GARETI.
16. utriusque libelli in MVRATORII scriptorum rerum Italicarum vol. 1 (Mediolani 1723).
17. utriusque libelli cum versione Gallica, quam fecit A. Savagner, Parisiis Panckoucke 1842.
18. Stephanus Endlicher quam a. 1848 inchoavit neque absolvit editionem Geticorum, eius unicum quod superest exemplum a Karajano dono sibi datum nuper Miklosichius intulit bibliothecae publicae Vindobonensi. praemissa est 'brevis 'notitia literaria de Iordane'. varia lectio nulla adiecta est.
19. Geticorum Stuttgartiae 1866 (ed. 2) cura Caroli Aug. Clossii.

Haec de apparatu. in eo perficiendo magnopere me adiuverunt collectanea Bethmanni, qui in usum editionis futurae per multos annos libros ad quadraginta contulit inspexitque eosque in certas classes digessit, quamquam nec quae inde effecit satis mihi fecerunt nec varia lectione operose magis quam perite et diligenter composita contentus esse potui. superest ut paucis exponam, quamnam rationem in editione adornanda equidem tenuerim. selegi ex libris vetustis hos:


<i>H</i> Heidelbergensem	<i>O</i> Ottobonianum	<i>X</i> Cantabrigiensem
<i>P</i> Palatinum	<i>B</i> Breslaviensem	(<i>Y</i>) Berolinensem
<i>V</i> Valenciennensem		(<i>Z</i>) Atrebatensem,
<i>L</i> Laurentianum		
<i>A</i> Ambrosianum		

ex his lectionem plenam rettuli libri Heidelbergensis, plenam dempta orthographica (quid ita significetur, expositum est in praefatione indicis III) sequentium septem, plenam demptis propriis erroribus Berolinensis libri; Atrebatensem denique olim deperditum ibi tantum attuli, ubi deserto testimonio de eo constabat (v. p. LXVII). in omnibus non attendi nisi ad primum librarium, qui si quid correxit, reiectam scripturam repositamque litterulis ^{a b} (sic *V^a V^b*) distinxi; emendatorum adnotationes (sic *V²*) fere sprevi, quoniam plerumque rem egerunt ex ingenio vel, ut fecit corrector Valenciennensis, adhibito libro aliquo ordinis deterioris. his adiunxi excerpta

Geographi Ravennatis	Pauli diaconi et Landolfi
S Cheltenhamensia	Frechulfi.

quos auctores ad manus fuerint, singulis paginis subscripsi. plagulae impressae et Romae curavi ut denuo recognoscerentur ad libros Vaticanos duos Palatinum et Ottonianum et ipse iterum relegi ad libros quos domi habebam Heidelbergensem Breslaviensem Cantabrigiensem Berolinensem. quo facto cum hoc mihi videar adsecutus esse, ut errores in variam lectionem pauci se insinuarint, simul infelicissimo casu accidit, ut funesto incendio, quod proximo anno accidit paucis diebus post absolutam textus impressionem, una cum domo mea quattuor illi libri toti et cum his maiore ex parte Vindobonensis n. 203 interirent.

Ex iudicio, quod de singulis libris singulisque eorum ordinibusque supra tuli, efficitur, quas leges in Iordanianis recensendis secutus sim, Geticis scilicet. nam in Romanis cum praeter excerpta Cheltenhamensia non adsint nisi primi ordinis libri, res facilis est et expedita. Geticorum cum tres ordines librorum supersint, quaenam cuiusque eorum auctoritas sit, anceps quaestio est eoque magis implicita, quod in singulis ordinibus codicum condicio admodum dispar est. Iordanes cum scripserit eo sermone, quo tunc vulgo utebantur, soloecismi eius non tam aequales offendebant quam posteros imbutos medii aevi scholastica doctrina. propterea multo magis quam reliqui auctores grammatarum eius aetatis emendationem subiit, procedente tempore ut civilior et humanior, ita sui magis dissimilis evadens. ab hac interpolatione immunes manserunt soli duo libri Heidelbergensis saeculi octavi et Palatinus noni, scilicet si primam manum respicimus, nam posteriores emendatores hos quoque invaserunt. modestis finibus eam admiserunt qui scripserunt Valenciennensem saeculo nono et decimo Ottonianum; late grassata est ab undecimo inde saeculo, dominans in Laurentiano Breslaviensi Atrebatensi Cantabrigiensi Berolinensi itemque in reliquis a nobis omissis. accedit, quod ii ipsi codices, quibus grammatae pepercerunt, Heidelbergensis et Palatinus item probe et religiose scripti sunt, cum Ottonianus aetate iis non multum inferior neque magnopere interpolatus a librario veniat negligentissimo. eatenus illi duo libri soli fundamentum praebuerunt, quibus tuto insisteremus. at si respicimus eam lectionis diversitatem, quae non ab interpolatione grammatica pendet, tantum abest, ut primae classis privilegium ad eam item perveniat, ut fortasse, si adessent libri secundi et etiam magis tertii ordinis sua bonitate Palatinos aequantes, eos potissimum prae his sequeremur. nam stemma codicum, quod ex supra positis efficitur, hoc fere est:



haec si recte posuimus, libera electio est non solum ibi, ubi tres ordines dissentiunt, sed ibi quoque, ubi ab una parte stant *HPVLASOB* contra *XYZ*: e contrario ubicumque aut *HPVLANYZ* stant contra *SOB* aut *SOBNYZ* contra *HPVLA*, classis solitaria vincitur. sed id ita temperandum est, ut interpolationis et emendationis suspicio quamquam

a nullo genere librorum plane abhorret¹¹⁴⁾, in secundum et tertium multo magis quam in primum cadat, consensusque illorum librorum nullam vim habeat, ubi ad interpolationis communionem revocari potest¹¹⁵⁾. solitariae autem singulorum librorum lectiones ita comparatae, ut eiusdem ordinis reliqui libri cum reliquis ordinibus consentiant, iusta auctoritate destituuntur originem habentes aut errorem aut coniecturam. — Post fundamentum lectionis positum quod incipit coniecturarum et opinationum mare magnum et aestuosum, ab eo quantum fieri potest abstinui; ita enim auctor comparatus est, ut iusta in plerisque scriptis ratiocinatio nimios errores et incredibiles ineptias non auctoris esse, sed librariorum in Iordane ita deficiat, ut lectio quo magis inepta, his libellis eo magis apta videri possit.

Quod olim cogitaram subscribere praefationi grati animi testimonium erga bibliothecarum moderatores et reliquos horum nostrorum studiorum fautores, quorum benivolentia effectum est, ut haec recensio librorum Iordanianorum diu expetita auctior et emendatior prodeat, id quominus perficerem fortuna mihi invidit. nam animus non sustinet gratias agere iis, quibus ipsa volumina saecularia restituere iam nequeo. benivolentiam eorundem optimorum virorum quamquam in hac calamitate etiam magis expertus sum, mihi infelix liber quamdiu ero mei infortunii tristissima memoria manebit.

114) Ita loco p. 59, 2 de quo supra p. LXIII dixi pristinam scripturam *ouis auium*, quae sola ferri potest, servavit ordo tertius, ex corruptela in archetypo primi secundique ei substituta, quam suspicor fuisse *ouium auium*, natae sunt lectiones interpolatae ambae classis secundae *ouium*, classis primae *ouium auiumque*.

115) Saepenumero haesitavi, quatenus consensui secundi tertique ordinis confiderem: ut p. 61, 15 *per omnem Meotidis aditum* per se absurdum fortasse mutari debuit cum *BXY* in *ambitum*. sed tamen et illud ab inepto auctore scribi potuit et hoc a libraribus pluribus non ineptis per coniecturam reponi.

Berolini m. Novembri a. MDCCCLXXXI.

NOTARVM INDEX.

- H* = codex Heidelbergensis saec. VIII (v. p. XLVII)
P = codex Palatinus saec. IX (v. p. XLVIII)
V = codex Valenciennensis saec. IX (v. p. XLVIII)
L = codex Laurentianus saec. XI (v. p. XLIX)
A = codex Ambrosianus saec. XI (v. p. L)
S = excerpta Cheltenhamensia saec. IX (v. p. LVIII)
O = codex Ottobonianus saec. X (v. p. LIX)
B = codex Breslaviensis saec. XI (v. p. LIX)
X = codex Cantabrigiensis saec. XI (v. p. LXVIII)
Y = codex Berolinensis saec. XII (v. p. LXVIII)
Z = codex Atrebatensis (v. p. LXVII)
-

CORRIGENDA.

- p. XLVIII v. 14 saec. X] *scr.* saec. IX
3, 10 lecticaverint] *scr.* lectitaverint
16, 6 Tusciae Zangemeister conicit auctorem adsumpsisse ex Orosio 7, 19, 5
33, 20 adhibuit Iordanes Orosium 6, 22, 6
38, 32 verba primo proelio fortasse accesserunt ex Eutropio 9, 24
41, 3 imperium d. t. s. t. coeperunt Orosii sunt 7, 36, 1
42, 6 Get. 64] *scr.* Get. 164
61, 9 *scr.* tantum Magog (cf. p. 174 not. 4)
63, 11 adde pulularunt *H*
71 not. 4 dele: intelleguntur quae modo praecedunt
72, 1 adde pustulavit *H*
86, 9 ad omittendum fuit cum HPVLA
112, 8 *scr.* adversi, Gothos inquiret
-

DE SVMMMA TEMPORVM VEL ORIGINE ACTIBVSQVE GENTIS ROMANORVM.

Vigilantiae vestrae, nobilissime frater Vigili, gratias refero, quod me longo per 1 tempore dormientem vestris tandem interrogationibus excitastis. deo magno gratias, qui vos ita fecit sollicitos, ut non solum vobis tantum, quantum et aliis vigiletis. 5 mactae virtutis et meriti. vis enim praesentis mundi erumnas cognoscere aut quando 2 coepit vel quid ad nos usque perpessus est, edoceri. addes praeterea, ut tibi, quomodo Romana res publica coepit et tenuit totumque pene mundum subegit et hactenus vel imaginariae teneat, ex dictis maiorum floscula carpens breviter referam: vel etiam 10 quomodo regum series a Romulo et deinceps ab Augusto Octaviano in Augustum venierit Iustinianum, quamvis simpliciter, meo tamen tibi eloquio pandam. licet nec 3 conversationi meae quod ammones convenire potest nec peritiae, tamen, ne amici petitionibus obviamus, quoquo modo valuimus, late sparsa collegimus. et prius ab auctoritate divinarum scripturarum, cui et inservire convenit, inchoantes et usque ad orbis 15 terrae diluvium per familiarum capita currentes, devenimus ad regnum Nini, qui Assyriorum in gente regnans omnem pene Asiam subiungavit, et usque ad Arbacem Medum, qui destructo regno Assyriorum in Medos eum convertit tenuitque usque ad Cyrum Persam, qui itidem Medorum regnum subversum in Parthos transtulit, et exinde usque ad Alexandrum Magnum Macedonem, qui devictis Parthis in Grecorum ditione rem 19 publicam demutavit. post hec quomodo Octavianus Augustus Cesar subverso regno 4 Grecorum in ius dominationemque Romanorum perduxit. et quia ante Augustum iam per septingentos annos consolum, dictatorum regumque suorum sollertia Romana res publica nonnulla subegerat, ab ipso Romulo aedificatore eius originem sumens, in vicensimo quarto anno Iustiniani imperatoris, quamvis breviter, uno tamen in tuo

P V S(index adest, praefatio deest). — Muratori rer. Ital. script. tom. I p. 222^a.

1. 2 incipit liber iordanis episcopi de summa temporum vel origine actibusque gentis romanorum (lege felix add. V) PVS 3 uigilantiae uestrae] V, uigilantia eum P, uigilantiae tuae Par. longo per tempore] P, longa per tempora V 7 addis V 12 conuersationis P ammonenes P 15 assyriorum P 16 penem P subiungavit P 19 ditione] P, ditione V 20 augusto P 22 regnumque P 24 uicesimo V

IORDANES.

1

IGN. Romani, ut ait Iamblicus, armis et legibus exercentes orbem terrae suum fece- 6
 runt: armis si quidem construxerunt, legibus autem conservaverunt. quod et ego,
 sequens eruditissimum virum, dum aliqua de cursu temporum scribere delibero, ne-
 cessarium duxi opusculo meo velut insigne quoddam ornamentum praeponere. cupio
 namque ad inquisitionibus amici fidelissimi, ex diversis voluminibus maiorum praelibans 5
 aliqua floscula pro captu ingenii mei in unum redigere et in modum storiunculae tam
 annorum seriae quam etiam eorum virorum, qui fortiter in re publica laboraverunt,
 gesta strictim breviterque collegere. quod quamvis simpliciter reor dictum videri 7
 doctissimis, gratum tamen fore aestimo mediocribus, dum et brevia sine fastidio le-
 gant et sine aliquo fuce verborum quae lecticaverint sentiant. ab originem etenim 10
 orbis primaque creatione tam hominis quam elementorum et usque orbis terrae diluvio
 secundum veredici legislatoris verba Mosei duo milia ducentos quadraginta et duo
 annos collegimus. in quibus annis adhuc rudi et simplici hominum natura non reges,
 sed familiarum capita suo in genere erant. quorum tamen ordo huiuscemodi fuit. 14

cf. Gen. 5 Adam protoplastus primusque mortalium vixit annos CCXXX et genuit Seth. 8
 Seth vixit an. CCV et genuit Enos.
 Enos autem vixit an. CXC et genuit Cainan.
 Cainan item vixit an. CLXX et genuit Malelehel.
 Malelehel vixit an. CLXV et genuit Iareth.
 Iareth vero vixit an. CLXII et genuit Enoch. 20
 Enoch vero vixit an. CLXV et genuit Mathusala.
 Mathusala vixit an. CLXVII et genuit Lamech.
 Lamech quoque vixit an. CLXXXVIII et genuit Noe.
 Noe vero sexcentorum erat annorum, quando diluvium mundi crudelissima faci- 9
 nora expiavit. a cuius regimine vel ab ipso diluvio usque ad confusionem linguarum, 25
 que item ob delecta aedificantium turrem facta est in campo Sennahar, et usque
 Heber, in quo Hebreorum genus et lingua prisca remansit, quia nec in illa conspira-
 tione interfuit, sunt anni DXXV per familias sic.

P V S.

1 romani u. a. a. armis et in litura V amblicus V, iamblicus S, iamblicus P 2 constuxe-
 runt P^a 4 insigne] signe S 5 ad inquisitionibus] PS, ad inquisitiones V 7 serie S, seriem V
 rem publicam VS 8 collegere] PS, colligere V videre PS 10 et sine] e+sine P¹, etsine potius
 quam etsin P² origine VS 11 homines P^a diluvium V 12 ducentos PS, ce V
 duo] PS, duos V 13 annus P^a colligimus VS 14 huiuscemodo P 15 añ vel añ HPS
 plerumque, annos V plerumque, annis L plerumque: nos in talibus librum principem (hic P, deinceps H) ex-
 pressimus 17 et deinceps uix et gen per compendium P 18. 19 malelehel] libri cum Prospero et
 Eusebio I p. 79 Sch. (Μαλελεήλ) 19 et genuit] egē S 20. 21 enoch enoc P 21. 22 mathusala
 mathusala S, matusala matusala V, matusalā matusala P, τὸν Μαθουσαλά Eusebius 24 diluvium] VS, di-
 luvio P 26 sennahar] S, senanahar P, sennaar V 28 DXXV] lxxv V

- 10 Arfaxath, filius Sem, nepus Noe, qui post diluuium anno secundo est genitus, cf. Gen. 10
vixit annos cxxxv et genuit Cainan.
Cainan vero vixit an. cxxx et genuit Sala.
Sala autem vixit an. cxxx et genuit Heber.
- 5 Heber quoque vixit an. cxxx et genuit Falech.
A confusione ergo linguarum et primatu Heber, a quo Hebrei, et usque nativita-
tem Abrahæ, quando et primus rex in mundo in gente regnabat Assyriorum Ninus
anno regni sui XLII, supra scripto familiarum serie currentes, fiunt anni DXLI sic.
Falech vixit an. cxxx et genuit Ragau.
- 10 Ragau vixit an. cxxxii et genuit Seruch.
Seruch autem vixit ann. cxxx et genuit Nachor.
Nachor vero vixit an. LXXVIII et genuit Thara.
Thara quoque vixit an. LXX et genuit Abram.
- 11 Simul ergo ab Adam et usque ad nativitatem Abrahæ, id est ab ortu mundi et
15 usque quadragesimo secundo anno regis primi Assyriorum Nini, ut superius diximus,
per familias capitaque eorum fiunt generationes viginti, anni autem MCCCVIII, unde
iam relictis familiis regum seriem persequamur et, sicut Eusevius vel Hieronimus, pri-
mum Assyriorum, deinde Medorum Persarumque et Grecorum currentes, ad Romanum
19 quomodo delatum est vel quali tempore, latius, si dominus permiserit, exequamur.
- 12 Origo ergo regum regnorumque antiqua Assiria nobis amplexanda est, in qua Hier. Abr. 1
primus Ninus Beli filius, urbem sui nominis fabricans Niniven, regnavit an. XLII, ||
ubi a primo anno ipsius Nini et usque in ultimum annum Thonos Concoloros, quem Hier. A. 1197
Greci Sardanafalum appellant, quem occidit Arbaces Medorum praefectus, regnum
illud transferens in Medos, regnatum est a regibus trigenta et sex per annos mille
25 ducentos quadraginta sic.
- 13 Ninus rex Assyriorum post nativitatem Abrahæ regnavit ann. x. Hier. A. 1
14 Semiramis uxor Nini annis XLII. hanc dicunt quasi Babyloniae conditricem, quam- Hier. A. 11
vis non legatur quia condidit, sed quia reparavit. || sub ea Abram adoliscit in Chaldea. Hier. A. 10
15 Zameis, qui et Ninias, filius Nini et Semiramidis, ann. xxxviii. || cuius trecessimo Hier. A. 53. 73
30 tertio anno facta est promissio ad Abram, cum esset annorum LXXV.
- 16 Arius ann. xxx. || cuius decimo anno centenarius Abraham genuit filium Isaac. Hier. A. 91. 100
17 Aralius an. xl. || huius in ultimo regni anno nascuntur gemini Isaac, id est Iacob Hier. A. 121. 160
et Esau.
- 18 Xerses, qui et Baleus, an. xxx. || in huius regni tempore Iacob, germanum fugiens Hier. A. 161
35 Esau, descendit in Aegypto solus ditatusque cum turba ascendit. Gen. 32
- 19 Armamitres ann. xxxviii. || Iacob a servitute soceri Laban recedens ad patrem Hier. A. 191
revertitur. Gen. 32
- 20 Belochus ann. xxxv. || hoc regnante Ioseph aduliscens somnia sua fratribus narrat Hier. A. 229
et patri. Gen. 40. 41

P V S. — Mur. p. 222^b v. 3 -nan vero. — Mur. p. 223^a v. 32 Aralius.

6 primatum S eber V ut passim ebrei V usque] usque ad V 7 habrahae P
primo S 8 XLII] XLII Hieronymus supra (supras P) scripto . . . serie] PS, supra scriptam . . . seriem
V: intellege si supra scriptam f. seriem percurrimus 11 autem om. V^a 11. 12 nachor nachor P
14 habrahae P 15 quadragesimum secundum V anno] S, annum V, an. P 16 generationum P
17 iam] tan* (fuit tam) S¹, tantum S² uel] PS, seu (V) 20 asiria V, asseria S, a seria P
21 XLII] P, *lii S, lii V 22 quem] que S 23 greci sardanafalum] VS, regis ardana falum P
apellant P 25 ducentos] VS, duocentos P 26 asyriorum P ubrahae P decim P
27 annis] PV, ann S 28 condit P 29 Ζάμις ὁ καὶ Νινύας Eusebius trecessimo iit P, trecesimo
(tric- V) tertio VS: uicesimo tertio requiritur 30 abraham V 31 filium isaac in litura V 33 esau
P 34 Βαλαϊός Eusebius 35 descendit P^a aegypto] PS, aegyptum V 38 xxxv] VS, xxxi P

- Hier. A. 264
Gen. 47 Baleus an. LII. || huius anno trecensimo Iacob famis penuria descendit in Egypto 21
ibique filium suum repperit praepositum terrae totius Egypti.
- Hier. A. 316.307
Gen. 50, 5 Altadus ann. XXXII. || hoc regnante Iacob defunctus est || in Aegyptum, cuius cadaver 22
Ioseph cum magno honore vocat in terra Chanaan. 4
- Hier. A. 347. 361 Maminthus ann. xxx. || sub istius regni tempore moritur Ioseph et Hebreos de- 23
praement Egyptii gravissima servitute.
- Hier. A. 378 Macthaleus ann. xxx. || et hoc regnante servitus perdurat in Egypto Hebreorum. 24
- Hier. A. 408. 426 Spherus ann. xxx. || huius regni temporibus ultimis Ambra ex tribu Levvi genuit 25
Moysen. 9
- Hier. A. 428
Act. apost. 7, 22 Mamilus ann. xxx. || hoc regnante adoliscens Moyses omnem philosophiam dedit 26
Aegyptiorum.
- Hier. A. 458
Exod. 2 Sparethus ann. XL. || quo tempore Moyses occiso Egyptio in terra fugit Madia. 27
- Hier. A. 498. 505 Astacades ann. XL. || huius regni anno octavo Moyses ccccxxx anno repromissionis 28
populum Hebraeum in signis et virtutibus educit ex Egypto eisque in heremo per
annos quadraginta legem exponit. 15
- Hier. A. 538.
545. 546 Amyntas ann. XLV. || huius nono anno moritur Moyses || et Hiesus Nave ducatum 29
populo praebet.
- Hier. A. 583.
573. 580 Belochus an. xxv. || sub quo Gothonihel iudex Hebraeorum || et sacerdotium con- 30
tinet Finees. 19
- Hier. A. 608. 613 Beleparens ann. xxx. || quo tempore Hebraeorum iudex Aod Allofilique infesti omnino. 31
- Hier. A. 636 Lamprides ann. xxxvii. || et in huius regno ipse iudex Ebreis perdurat Aod. 32
- Hier. A. 669
Iudic. 3 Sosares ann. xx. || et huius temporibus quamvis senis tamen adhuc consistit Aod 33
pugnadque cum alienigenis et vincit iubatus a deo. 23
- Hier. A. 690. 693 Lamperes ann. xxx. || quo regnante Iudaeis praecerat Deborra et Barach. 34
- Hier. A. 720. 733
Iudic. 7, 1 Pannias ann. XLV. || sub cuius tempora Iudeis praefuit Gedeon, || qui et Ieroboal. 35
- Hier. A. 765.
776. 773 Sosarmus ann. xviii. || sub cuius tempora Thola || et Abimelech iudices erant He- 36
braeorum.
- Hier. A. 784. 798 Mithreus ann. xxviii. || sub quo Iudeis praecerat Iair. 37
- Hier. A. 811.
626. 833 Tautanes ann. xxii. || cuius sub regno iudices Hebraeorum Hesebon || et Labdon. || 38
nam et ipso tempore Greci Troiam vastaverunt; || unde Aeneas fugiens in Italiam venit, 30
se quoque cum Latino Fauni filio Pici nepotem Saturnique abnepotem adfinitatis
gratia iungens accepta filia eius in uxore Labinia. unitosque Frigas Italosque po-
pulos nominavere Latinos. et sic iam ex tunc et deinceps, quamvis in pauperrimo regno 39

P V S.

1 Βαλαιός Eusebius trecestimo S^a, trecensimo S^b, tricesimo V, xxvii Hieron. aegypto (sic) S,
aegyptum V 3 Altadas Hieronymus aegypto VS Iacobi mortem ad Balaei a. XLIV refert Hiero-
nymus 4 Ioseph V cum agno S uocat in terra] P¹S, reuocat in terram P²V, locat in terra edd.
5 Maminthus vel Mamitus libri Hieronymi, Μαμουθός Euseb. deprament] PS, deprimunt V 6 gra-
uisima P^a 7 mactaleus V^a: Magthaleus Hier. (Middl.), Macchaleus idem (libri plerique) 8 spherus]
S Hier. (libri plerique), sperus PV Hier. (Middl.), Σφαῖρος Euseb. xxx] xx Hieronymus ambram vel
amram Hier. 1**ui S¹, leui VS² 10 mamilus] libri, Μάμιλος Eusebius 12 sparethus] PV
Hier. (Fuz.), spharethus S, Sparetus Hier. (Middl.), Σπαρθέως(?) Eusebius terra f. madia] PS, terram f.
madian V 13 Ascatales Hier., Ἀσκατάδης Euseb. repromissionis P^a 14 haebreorum (V)
eisque] estque S 16 amyntas] PS, amintas V: Amyntes Hier., Ἀμόντης Euseb. 18 othonihel V
20 Belleparens Hieronymus aoth V semper allofli alienigenae sunt Hieronymo, ἀλλόφυλοι Eusebio I
p. 110 Sch. 21 xxxvii] xxxii Hieronymus et Eusebius I p. 66 Sch. 22 senis] PS, senex (V)
23 iubatus] PS, iutus V 24 debborra S 25 Παυδάς Eusebius tempore V ierobaal V
26 tempore V 28 mithreus] libri, Μιθραῖος Eusebius xxviii] xxvii Hieron. et Euseb. praer-
erant P^a 29 tautanes P: Ταυτάνης Eusebius xxii] xxxii Hieron. et Eusebius hesebon] libri:
'Ἐσβών requiritur 30 ipso] in ipso V 31 nepote V abnepote V 32 iugens P
unitosque] PS, unitos V

- locoque angusto, quod dicebatur agro Laurentum, regnaverunt post Latinum Aeneas et successores eius, qui et Silvii sunt Albanique vocitati, pro Albano urbe et pro postumo Aeneae idem Enea, qui idcirco Silvius dictus est, quia Lavinia post mortem Aeneae, timens Ascanii invidiam, clam eum in silva generavit Aeneamque Silvium nominavit. || ante quem, ut superius diximus, Italiae regnatum est a Iano, Saturno, Pico, Fauno adque Latino per annos circiter CLXXX.
- 40 Teuteus ann. XL. || sub quo Samson ille ultra fortis fortissimus iudix Hebraeorum. Hier. A. 843. 841
- 41 Thineus ann. xxx. || hoc regnante anno octavo decimo Heli sacerdos, audito nuntio filiorum arcaque testamenti ablata, cadens mortuus est. Hier. A. 883. 906; cf. 1. Sam. 4
- 42 Dercylus ann. XL. || sub quo aliquantum tempus Saul rex Hebreorum, aliud vero David rex ex tribu Iuda constitutus regnavit. Hier. A. 913. 911
- 43 Eupales an. xxxviii. || hoc regnante anno trecesimo secundo Salomon templum domini inchoavit et perfecit singulariter in mundo per annos septem. Hier. A. 953. 94
- 44 Laosthenes ann. xlv. || et hoc regnante Assyriis Salomon regnat Hebraeis, Saddoch vero et Achias Selonitis prophetant. Hier. A. 991. 1000
- 45 Pritiades ann. xxx. || sub quo, iam mortuo Salomone, inter Roboam et Ieroboam regnum dividitur Hebraeorum et alii Iudaei, alii dicuntur Israhelitae. Hier. A. 1036. 1021
- 46 Ofrateus ann. xx. || sub isto in parte Iudeorum regnat Iosaphat; || Israhelitarum vero, caeleri morte Nabad || et Baaz, || Ela || et Ambri obeuntibus, || tenebat regimen Achab cum Hiezabel. Hier. A. 1066. 1052. 1043
Hier. A. 1045. 1069. 1071. 1063
- 47 Ofrathanes ann. L. || sub quo Ioram, || Ochozias || et Gotholia || et Ioas parti Iudae regnabant; || Israheli vero Ochozias, || Ioram || et Ieu principatui unus post alium successerunt. Hier. A. 1066. 1107. 1115. 1116. 1123
Hier. A. 1105. 1107. 1119
- 48 Acrazapes ann. XLII. || sub quo Amesias in Iuda regno ascitus obtinet principatum; || Israheli vero Ioachab || et Ioas unus post alium regnat. Hier. A. 1136. 1163
Hier. A. 1147. 1164
- 49 Thonos Concoloros, quem Greci Sardanafalum nominant, ann. xx. || sub quo Iudeorum Azarias qui et Ozias, || Israhelitis vero Roboam. Hier. A. 1178. 1192
Hier. A. 1180
- Regnum ergo Assyriorum post annorum numero mille ducentos et quadraginta finem tantae diuturnitatis accepit ad Medosque translatum est. || nam Arbaces praefectus Medorum Sardanafalum occisum¹⁾ regnum eius invasit et in Medos deduxit. Hier. A. 1197
Hier. A. 1198
- 50 Arbaces Medorum rex ann. xxviii. || sub quo regnat adhuc Azarias qui et Ozias Iudae in partae. || in Israhel autem post Roboam paucis diebus fuerat Zacharias rursusque Sellum, quibus successerat Maneae. Hier. A. 1198. 1192
Hier. A. 1222
- 51 Sosarmus ann. xxx. || in Iudae parte regnabat Ioatham, || Israhelitis Faceae, || quando et quinto decimo eius anno prima Olympiades coepta est nominari. || tunc etenim post ign.

P V S L (inc. v. 27 regnum) *Freculfus* I, 3, 11 (a 34 tunc). — *Mur.* p. 223^b v. 2 -tati pro Albano.

1 agro Laurentum] *inmo* Laurolavinium 2 uocitati S 3 aenea eidem PS, aenea eiusdem (V)
7 teuteus] *libri*: Τευταῖος *Eusebius* 8 thineus S 10 dercylus] P, derculus V, derylus S
12 salamon P 14 saddoch] PS, sadoch V 15 selonitis] PS, selonites V, ὁ Σελωνίτης *Eusebius*
16 Περτιδῆς *Eusebius* (*Graec.*) et *Hier.* (*Fuz.*), Peritiades *Euseb. Arm.* I p. 66, Piritiades *Hieronymi libri plerique* sub quo *cet.*] ad a. XXXI *Laosthenis refert Hieronymus* 18 ofrateus] *libri*, Ὀφραταῖος *Euseb.*
19 Nadab et Baasan *Hieronymus* 23 acrazapes] PS cum *Hier.*, acrazapes V, Ἀκραζάπης *Eusebius*
amesias] *libri*, Amessias *Hier. et Euseb.* 25 Thonos Concoloros (concolores *Voss.*) *Hieron.*, Θῶνος ὁ λεγόμενος Κονκόλερος *Euseb.* sardanafalum] PS, sardanapallum V 26 israhelitas S uero roboam]
Ieroboam *requiritur* 27 annorum numero] PS, annos numero V, annorum numerum L ducentos] VS,
ducentos PL 28 finem] inem vel *inem (finem P²) P ad] a L praefectos P 29 sardana-
falum occisum] PS, sardapalum occisum L, sardanapallo occiso V post deduxit *ins.* regnum medorum S
30 ozias] SL, odias PV 31 zacharias L, zacharias VS rursusque L 32 sellum] L, sellom
PVS: Σελούμ *Eusebius* maneae] PVS, manaeem L: Manaem *Hier.*, Μανασήμ *Euseb.* 33 iudae L
faceae] PVL, facee S, Φακέ *Euseb.* 34 eius] eis P olympiades] VS, olympiade P, olimpiade L enim Fr.

1) *Sardanapalli occisi non meminit Hieronymus.*

innumeraviles, ut ita dicam, Laurenti loci et Latio reges Silvios Albanosque, qui trecentos per annos in parte Italiae regnaverunt quamvis pauperrime, Amulius rex Numitoris fratris sui filiam Ream nomine, que et Ilia vocabatur, Vestalem virginem fecerat. quae gravida inventa dum scelus suum nititur excusare, a Marte se compressam mentita est. ex qua genitis duobus geminis rex exponi praecepit. quos 5 vagientes meretrix quaedam Lupa nomine cum audisset, statim tollens ad Faustulum pastorem adduxit. quos Acca uxor eius nutriens inter alios pastores conversari aedocuit.

Hier. A. 1256. Madidus ann. XL. || quo Medis regnante Iudeis regnabat Achas, || Israhelitis alius 52
1260. 1262
Hier. A. 1284
IGN. Faceae. || annoque Madidi nono, septima Olympiade Romulus || eiusque germanus, quos
inter pastores diximus enutritos, collecta pastorum multitudine Romane urbis aedificia 10
inchoaverunt suoque de nomine iunior, qui germanum peremerat, urbem vocari Romam
praecepit. cuius actus seriemque successorum eius saltu quodam modo praetergrediens
externa regna, ut coepi, percurram et cum se locus obtulerit, ad eum ordinem redeam.
tantum qui legis, advertite ab origine mundi et huius usque magnae urbis exortu ann.
fuisse IIIIDCL. 15

Hier. A. 1296. Cardices ann. XIII. || sub quo Ezechias, filius Achas, succedens regnat Iudaeis. || nam 53
1276. 1270 Israhelitarum gentes supra dicti Madidi iam quinto decimo anno a Salmanassar Chal-
deorum rege Medorum sunt in montibus transductae captivae, postquam regnassent
in Samaria ann. CCL. 19

Hier. A. 1309 Deiocis ann. LIIII. || huius tempore primo Hebraeorum Iuda Manasses ductus cap- 54
Chron. 2, 33 tivus et ferreis vinculis inligatus fertur paenitentiam egisse. cuius et canticum paeni-
tentiae legitur. || postea vero reversus in regno successorem reliquit filium suum Ammon.

Hier. A. 1360 Fraortes ann. XXIII. || sub quo Iosias rex Iudeorum, || qui lucos succidit et gentium 55
Hier. A. 1363. 1372
Reg. 2, 23 idola de suo regno abiecit deumque caeli integre coluit. 21

Hier. A. 1387. Cyaxares ann. XXXII. || sub quo Iudaeis regnat Ioachas, cui successit Eliachim, qui 56
1403 et Ioachim, || alterque Ioachim primo adhuc Cyaxare vivente successit, in quo et finis
Hier. A. 1416 regni evenit.

Hier. A. 1419. Astiages ann. XXXVIII. || huius anno octavo Iudaei de Hierusolyma captivantur a 57
1426

Hier. A. 1457 Nabochodonosor rege Babyloniorum. || sic regnum Medorum, quod per ann. CCLVIII
IGN: regnavit, destructum est et in Persas translatum, || quia Cyrus rex Persarum et Darius 30
Medorum, filius supra scripti Astiages, parentela coniuncti nepus avunculusque fuerunt:
inruentesque super Baltasar abnepotem Nabochodonosor regem Babyloniae, id est
Hier. A. 1457 Caldeorum, regnum eius pervadunt¹⁾. || mortuoque Dario Cyrus et suum, id est Persa-

H (inc. 26 et finis) P V S L Freculfus l. c. (ad v. 6 vagientes). — Mur. p. 224^a v. 7 -duxit quos.

1 laurentis Fr. et latio] PVSL, in laceo Fr. regis L abanosque P^a 2 italiae] it.
praedicta Fr. 3 fr. sui numit. Fr. 4 compressa P 5 quos L 8 Medidus Hieronymus
achas] P¹V¹S, achaz P²V²L alius faceae] Osee Hieronymus 9 romalus L^a 12 quo amodo S
14 exortu] P¹SL, exortum P²V anni L 16 Cardyceas Hieronymus achas] P¹S, achas V¹,
achaz P²V²L 17 iam qu. d. a. s. d. madidi L salmanassar (salmanasar L)] sic Hieronymus (Scal.),
Sennacherib Hieronymi libri reliqui, Sennacherim qui et Salmanassar Prosper 18 regem P 20 iuda
om. L manases L 21 cuius et] cuius L 22 Amon Hier. (Ammon Scal.), 'Αμώς Eusebius
23 xxiii] sic Iordanes, xxiii Hieronymus lucus PS 24 abicit S¹, abicit S² 25 xxxiii L
qui et ioachim om. L 26 in quo om. L 27 regnis L 28 astiages] HPVL, astiagis S
hierosolima L 29 nabochodonosor] HPS, nabuchodonosor VL cum Hier. et Euseb. Babyloniorum]
babyloniorum P, Chaldaeorum Hier. cclviii] Iordanes, cclviii Hier. 31 astiages] HPV, astiagis SL
32 subper L nabochodonosor] HPS, nabuchodonosor VL est] es P

1) cf. Iosephus ant. 10, 11, 4: Βαλτάσαρος . . . ἐστίν, ἐφ' οὗ τὴν αἴρεσιν τῆς Βαβυλωνίας συνέβη γενέσθαι . . . τῶν μὲν οὖν Ναβουχοδονοσόρου τοῦ βασιλέως ἐκγόνων τὸ τέλος τοιοῦτο παρειλήφμεν γενόμενον. Διὰ τῆς δὲ τῶν καταλύσαντι τὴν Βαβυλωνίαν ἡγεμονίαν μετὰ Κύρου τοῦ συγγενοῦς ἔτος ἦν ἐξακοστὸν δεύτερον, ὅτι τὴν Βαβυλωνίαν εἶλεν, ὡς τὴν Ἀστυάγου υἱός.

- rum et affinis sui Darii, hoc est Medorum cum illud quod captivaverat tertio regno potitus ammodum Persarum gentem elevavit. quae gens a Cyro praedicto et usque ad Darium, filium Arsami, regnavit per ann. pl. m. CCXXX, et sic ad Grecos devenit post reges decem Persarum de gente.
- 58 Cyrus Persa ann. xxxii. hic fere quinquaginta milia Iudaeorum laxata captivitate regredi fecit in Iudaea: qui constructo altari templi fundamenta iecerunt. cumque a vicinis gentibus impediretur, opus usque ad Darium remansit imperfectum. Hier. A. 144
- 59 Cambises ann. viii. et sub isto opus ineditum a vicinis consistet nec aedificatur. Hier. A. 147
- 60 Magi duo fratres regnant mensibus viii. Hier. A. 148
- 61 Darius ann. xxxvi. || cuius anno secundo reaedificatum est templum a Zorobabel || Hier. A. 149; 1496
- 11 et Iesu filio Iosedech || quingentesimo duodecimo anno post primam sub Salomone aedificationem, || ab Adam vero plus minus IIIIDCCCCXXX. Hier. 1, 3 Hier. praef. p. 9 IGN.
- 62 Xerses deinde, filius Darii, ann. xx. regnavit Persis, Medis atque Chaldeis. Hier. A. 152 cf. c. 57
- 63 Artabanus menses vii. Hier. A. 152
- 64 Artaxerses, qui Macrochir dicebatur, ann. xl. Hier. A. 153
- 65 Xerses menses duo. Hier. A. 153
- 66 Sogdianus menses vii. Hier. l. c.
- 67 Darius cognomento Notus ann. xviii. Hier. l. c.
- 68 Artaxerses qui et Mnemon, Darii et Paresatidis filius, ann. xl. ipse est ab Hebreis qui dicitur Asverus, sub quo liber Hester confectus est. Hier. A. 1612
- 69 Artaxerses qui et Ochus ann. xxvi. || hic etenim Sidonem subvertit Aegyptumque suo subegit imperio || Syriamque cunctam invasit. Hier. A. 162 1670 IGN.
- 70 Arses, filius Ochi, ann. iiii. sub quo Iaddus maximus et insignis pontifex Iudaeorum. Hier. A. 163 24
- 71 Darius, filius Asarmi, ann. vi. || hunc Alexander Magnus Macedo occidit regnumque eius in suo redegit dominio, qui Alexandriam in suo nomine condidit; || ubi regnatum est a regibus Grecorum per ann. CCXCVI sic. Hier. A. 162 1687 Hier. A. 195
- 72 Alexander Magnus post morte Darii ann. v. Hier. A. 168
- 73 Ptholomeus, Lagi filius, ann. xl. || hic iterum gentem Hebraeorum captivam ducit in Aegypto. Hier. A. 169 1695
- 74 Ptholomeus Filadelfus ann. xxviii. || hic captivitatem Iudaeorum relaxatam muneribusque Eleazaro pontifice Iudaeorum placato divinas scripturas per septuaginta interpretes ex Hebraea lingua vertit in Greca. Hier. A. 173 1736

HPVSL Paulus h. R. 1, 20 (20 sub quo — confectus est). — Mur. p. 224^b v. 13 Xerses.

1 sui] ui V est] es H^aP 2 potitus] P²V²S²L², potius HL¹, potis P¹, potitu (?) S¹ gentem] regnum L 3 pl. m. per compendium HPVSL 4 decem] omissis scilicet regibus iis qui non perannaverunt post gente ins. regnum persarum S 5 xxxii] xxx Hieronymi libri plerique, xxxi Hier. (Amand.) et Eusebius 6 iudaea] H¹S, iudaea PL, iudaeam H²V altare L iacerunt L 8 constat L^b (L^a inc.) 9 viii] uii Hier. Euseb. 10 xxxvi] xxvi V^a 11 solomonem P 13 serses P xx] xx* V 15 artaxerxes PS, artaxerses VL machochir HPVSL: Longimanus Hieronymus 16 xerxes S duos L 18 notus] HPVSL, nothus L 19 artaxerses L mnemon] minmon HPVSL, minnon L paresatidis] libri, Parysatidis Hieronymus 20 assuerus L 21 artaxerxes PS, artaxerses L 22 sir. que cunctam inu. egyptumque suo subegit imperio L 23 arses L filius ochi] filioochi HP iaddais S maximus] V^bSL cum Hieronymo, matimus HP, ma**mus V^a 25 sasarmi P, saarmi V: Arsami Hieronymus vi] ui* S 26 in s. n.] s. n. L 27 post sic ins. regnum Macedonum S 28 mortem L 29 ptholomeus] H plerumque, P plerumque, V plerumque, S semper, L plerumque, ptolomeus L raro, pholomeus H semel (p. 9 v. 3) P semel, tholomeus V semel lai L ebreorum gentem L duxit L 30 aegypto] HPS, aegyptum V, egyptum L 31 xxviii] xxxviii Hieronymus captivitate V iudaeorum] daeorum S 33 greca] HP, graeca S, graecam V, grecam L

- Hier. A. 1771. 1785 Ptholomeus Euergetis ann. xxvi. || huius temporibus Hiesus filius Syrach sapientiae 75
librum scripsit.
- Hier. A. 1797. 1801 Ptholomeus Filopater ann. xvii. || sub hoc item victi Iudaei et sexaginta milia eo- 76
rum caesa ab Anthioco rege Syriae ¹⁾, || quando et pontifex magnus Onias. 4
- Hier. A. 1814 Ptholomeus Epifanis ann. xxiii. hic directo Scopae principe militiae capit In- 77
daeam; || rursusque Anthioco Scopae superante Iudaeam sibi sociat in amicitia Antiochus.
- Hier. A. 1838. 1841 Ptholomeus Filomitor ann. xxxv. || sub hoc rege Aristobolus Iudaeus peripaticus 78
philosophus scripsit commentarios in libros Moysi et regi obtulit Ptholomeo. || Antiochus
Hier. A. 1848 autem agens contra legem Iudaeorum multos interemit. || contra quem Iudas, qui et
Macchabeus, arma commovit. 10
- Hier. A. 1873 Ptholomeus Euergetis ann. xxviii. hoc regnante Ionathas dux Iudaeorum prae- 79
clarus, qui cum Romanis Spartiatisque foedus iniit.
- Hier. A. 1902. 1913 Ptholomeus Fison, qui et Soter, ann. xvii. || sub hoc Aristobolus Ionathae filius 80
rex pariter et pontifex constituitur Iudaeorum. 14
- Hier. A. 1919 1920. 1913 Ptholomeus, qui et Alexander, ann. x. || quo regnante multa Iudaeorum populus 81
tam ab Alexandrinis quam etiam ab Anthiocensibus tolerabat.
- Hier. A. 1929. 1913 Ptholomeus, qui a matre fuerat eiectus, ann. viii. || Iudaeis tunc regnat Ianneus, 82
qui et Alexander.
- Hier. A. 1937. 1941 Ptholomeus Dionisus ann. xxx. || sub cuius regno Alexandra, que et Salina, uxor 83
Alexandri regis Hebraeorum, Hierosolimis regnat. ex cuius aetate Iudaeos rerum 20
confusio et variae clades oppresserunt.
- Hier. A. 1967. 1950 Cleopatra ann. xxii. || qua regnante Iudaei in amicitias Romanorum se sociantes 84
eorum iam legibus vivent, quia Pompeius regnum ab Aristobolo sublato Hircanum
Hier. A. 1984 fratrem eius praefecerat. || hanc si quidem Cleopatram Romanus ductor suscipiens An-
Hier. A. 1985. 1985 tonius et suo socians lateri contra cives proprios dimicat. || quem Augustus Octavianus 25
in certamine superans Actiatico in litore, egit, ut utrique iugales se ipsos peremerent,
Iord. regnumque eorum in Romanorum imperio devenit, || ubi et usque actenus, et usque in
Hier. A. 1987 finem mundi secundum Danielis prophetia regni debetur successio. || et quod abhinc
Augustalis exoritur potestas, animo recondendum est. 29
- Hier. A. 1974 Augustus imperator, qui et Octavianus dicebatur, a quo posteri principes Augusti 85
sunt vocati, tam cives patrios rebellans quam etiam gentes exteris superans, singularem
Hier. A. 2015 sibi vindicat principatum, regnans per ann. lvi. || huius quadragesimo secundo anno
imperii dominus noster Iesus Christus de sancta virgine natus, ut verus deus ita et verus

HPVSL. — Mur. p. 225^a v. 22 Iudaei.

1 euergetis] *HPSL*, euergetes *V* syrach] *HPVS*, sirach *L* 3 pholomeus *H* filopater] *libri*,
item Hieronymus (Bern. Freh.), Philopater Hier. (*libri plerique*) xx(?)xviii (*sed omnia a m. 2 in litura*) *H*
inter milia et eorum repetit hoc item victi iud. et sexaginta *S* 4 anthioc-] *H plerumque*, *S plerumque*,
P semper, anthioc- *VS aliquoties*, anthioc- *H aliquoties* 5 epifanis] *HPVS*, ephanis *L* scopae] *sco P*
6 anthioco scopae superante] *HPS*, antiochus oscopa superante *V*, antiochus scopae superato *L Hier.* ami-
tiam *L* 7 filomitor] *HPVS*, filometor *L* peripaticus Hier. 8 libris *S* 10 macchabeus]
HS, machabeus *PV*, machabeus *L* 11 euergetis] *SL*, aeuergetis *HP*, aeuergetes *V* hoc regnante
om. L 13 sother *L* xvii] xxiii *P* caristob. *H* 17 regnat ianneus] *HVS*, regnabat ianneus
L, regnat anneus *P* 19 dionisus] *HPS*, dionisius *VL cum Hier.* xxx] viii *L* 20 hebraeorum]
iudeorum *L* hierosolimis] *HVL*, hierosolimis *S*, hierosolymis *P* 22 sese *L* 23 uiuent] uiuunt
VL ab *om. L* 24 antoninus *HPS* 26 attiatico *V* egit] coegit *S* se] semet *L*
27 imperio] *HPS*, imperium *VL* 28 prophetiam *L* 29 augustialis *V* 31 uocati] appellati (*in*
marg. m. 1 uocati) *V* rebellans] *libri: aut scribe aut explica* debellans ext. g. *L* 32 lvi] *S*
et sic Hieronymus, xlii *L*, lxii *HPV* quadragesimo *om. L^a* 33 ihs XPS *libri* et nerus] nerus *S*

1) Hieronymus ad Philopatoris a. V: victi Iudaei et lx milia armatorum ex numero eorum caesa.
ad a. XI: Antiochus rex Syriae victo Filopatore Ptolomaeo Iudaeam sibi sociat.

- homo, in signis et virtutibus ammirandis enituit || anno ab origine mundi $\bar{v}D$, ab urbe ^{IGN.}
- 86 Romae autem conditione anno $DCCLV$. et quia Romanarum rerum ordine actosque
inquirere statuisti et nos breviter tuis percunctationibus respondere sumus polliciti,
necessarium est ergo nobis ea interim, que ad tempora Augusti imperatoris dicuntur,
5 omittere et rursus ad Romanae urbis primordia repedare originemque Romuli eius
conditoris exponere simulque successorum eius regum consolumque annos actosque ad
liquidum demonstrare, qui sunt hi.
- 87 Ab origine urbis Romae et usque Tarquinium regem cognomento Superbum, qui ^{Ruf. 2}
et expulsus est, numerantur anni $CCXLIII$. nam || primus ille et urbis et imperii con- ^{Florus 1, 1, 1}
10 ditor Romulus fuit Marte, || ut ipsorum verbis loquamur ¹⁾, || genitus et Rea Silvia. hoc de ^{c. 2}
se sacerdos grava confessa est. nec mox fama dubitavit, cum Amullii regis imperio
abiectus in profluentem cum Remo fratre non potuit extingui, si quidem et Tiberinus ^{c. 3}
amnem repressit et relictis catulis lupa secuta vagitum uber ammovit infantibus, ma-
88 trisque gessit officium. sic repertos apud arborem Faustulus regii gregis pastor tulit
15 in casam atque educavit. Alba tum erat Latio caput, Iulii opus: nam Labinium pa- ^{c. 4}
tris Aenaeae contemserat. ab his Amullius iam septima subole regnabat fratre pulso
Numitore, cuius ex filia Romulus. igitur statim prima iuventutis facie patrum ab ^{c. 5}
arce deturbat, avum reponit. ipse fluminis amator et montium, apud quos erat edu-
89 catus, moenia novae urbis agitabat. gemini erant: uter auspicaretur et regeret, ad- ^{c. 6}
20 hibere placuit deos. Remus montem Aventinum, hic Palatinum occupant. prius ille
sex vultures, hic postea, sed duodecim vidit. sic victor augurio urbem excitat, plenus ^{c. 7}
spei bellatricem fore: id assuetae sanguine et preda aves pollicebantur. ad tutelam ^{c. 8}
novae urbis sufficere vallum videbatur: cuius dum angustias Remus increpat, saltu
24 transilivit. dubium an iussu fratris, occisus est. prima certe victima fuit munitionem-
90 que urbis novae sanguine suo consecravit. imaginem urbis magis quam urbem fecerat:
incolae deerant. erat in proximo locus: hunc asylum facit, et statim mira vis homi- ^{c. 9}
num Latini Tuscique pastores, etiam transmarini Fryges, qui sub Aena, Arcades,
qui sub Euandro duce influxerant. ita ex variis quasi elementis congregavit corpus
unum populumque Romanum ipse fecit. res erat unius aetatis, populus virorum. ita- ^{c. 10}
30 que matrimonia a finitimis petita quia non impetrabantur, manu capta sunt. simula-
tis quippe ludis equestribus virgines quae ad spectaculum venerant praede fuere.
91 haec statim causa bellorum. pulsus fugatique Veientes. Ceninensium captum ac direp- ^{c. 11}

H P V S L Freulfus 1, 3, 12 (a 22 ad). Paulus h. R. 1, 2 (23 cuius — 24 occisus est: interponuntur Hieronymiana; 27 Latini — 29 fecit). — Mur. p. 225^b v. 27 -stores etiam.

1 anni *V* urbe] *HPS*, urbis *VL* 2 anni *V* post $DCCLV$ *ins. reg. Roman.* *S* roma-
norum *PS* ordinem *L* actosque] *HP*, actusque *VSL* 4 necessarium *S* ego *S^a* eam *S*
6 regnum *V* actosque] *HPS¹*, actusque *VS²L* 7 hii *HP* 8 usque] usque ad *V* cognomi-
nento *P* 9 et exp.] exp. *P^aL* 10 romulus *S* *perpetuo* 11 grauidam *V* amull-] *HPS* hic
et deinceps, amul- *VL* 12 abiectus] *Florus* (*Naz.*), abiectos *libri*, iactatus *Flor.* (*Bamb.*) tiberinus
amnem] *S* cum *Floro*, tiberinus (tiberius *P^a*) amnis *HP*, tiberinum amnem *V*, tiberinus amnis *L* 13 uber
ammouit] *HPS* *Flor.* (*Bamb.*), ubera mouit *L*, ubera admouit (*V*) *Flor.* (*Naz.*) 14 repertos *H*
regis *L* grecis *S* pator *P* 15 alba tum] *Florus*, ablatum *libri* labinium] *HPSL*, lau-
nium (*V*) 17 filia] filiis *P^a* facie] *libri* et *Flor.* (*Naz.*), face *Flor.* (*Bamb.*) patrum *P^a*
19 regerent *H* 20 occupant] *HPSL*, occupa*** *V¹*, occupat *V² Flor.* 21 uidit] *libri*, uidet *Florus*
25 fecera** (fecerat *V²*) *V¹* 26 erat] erant *H* locus] *libri* et *Fr.*, lucus *Florus* hunc] huius *L*
mira uis] mirabilis *L* 27 tusciaeque *L* etiam] quidam etiam *Florus* aena] *HPVS^a*, aenea *S^bL*
Florus archades *L* 28 confluerunt *Fr.* 30 finitimis] finitibus *S* 31 quippe] que *L*
ad spectaculum] *HPL*, ad spect. *VS* 32 haec] hac *L*: et haec *Florus* fatigatique *L* uegen-
tes *P* cenninensium *Fr.*, Caeninensium *Florus*, ceninensium *S*, geniensium *HPVL* ac (ae *HP*)
d. (dirutum *Fr.*) om. *L*

1) ut ipsorum verbis loquamur *inseruit Iordanes.*

- tum est oppidum. spolia insuper opima de rege Agrone Feretrio Iovi manibus rex
 Florus 1, 1, 12 reportavit. || Savinis proditae portae per virginem Tarpeiam, non dolo, sed puella
 praetium rei quae gerebant in sinistris petierat, dubium clypeos an armillas. illi ut
 c. 13 et fidem solverent et ulciscerentur, clypeis obruere. ita ammissis intra moenia hostibus
 atrox in ipso foro pugna, adeo ut Romulus Iovem oraret foedam suorum fugam siste- 5
 c. 14 ret. hinc templum et Stator Iuppiter. tandem funeribus intervenire raptae laceris 92
 comis: sic pax facta cum Tatio foedusque percussum. secutaque res misera dictu,
 ut relictis sedibus suis novam in urbem hostes demigrarent et cum generis suis avi-
 c. 15 tas opes pro dote sociarent. auctis brevi viribus hunc rex sapientissimus statum rei 93
 publicae inposuit: iventus divisa per tribus, in aequis et armis ut ad subita bella 10
 excubaret, consilium rei publicae penes senes esset, qui ex auctoritate patres, ob
 c. 16 aetatem senatus vocabatur. his ita ordinatis repente, cum contionem haberet ante 94
 c. 17 urbem apud Caprae paludes, e conspectu ablatu est. discerptum aliqui a senatu
 putant ob asperius ingenium: sed oborta tempestas solisque defectio consecrationis
 c. 18 speciem praebuere. cui mox Iulius Proculus fidem fecit, visum a se Romulum adfir- 15
 mans augustiore forma, quam fuisset: mandare praeterea, ut se pro numine accepe-
 rent: Quirinum in caelo vocari: placitum diis, ut gentium Roma potiretur.
- 1, 2, 1 Successit Romulo Numa Pompilius, quem Curibus Savinis agentem ultro petive- 95
 c. 2 runt ob inclitam viri religionem: ille sacra et caerimonias omnemque cultum deorum
 immortalium docuit: ille pontifices augures salios ceteraque sacerdotia: annumque in 20
 c. 3 XII menses, festos dies nefastosque discipisit. ille ancilia adque palladium, secreta
 quedam imperii pignora, Ianumque bifrontem, Fidem pacis ac belli, in primis focum
 Vestae virginibus colendum dedit, ut ad simulacrum caelestium siderum custos im-
 perii flamma vigilaret. haec omnia quasi monitu deae egregiae, quo magis barbari
 c. 4 acciperent. eo denique ferocem populum redegit, ut quod vi et iniuria occuparat im- 25
 perium, religione atque iustitia gubernaret.
- 1, 3, 1 Exceptit Pompilium Numam Tullus Hostilius, cuius in honorem virtutis regnum 96
 c. 2 ultro datum. hic omnem militarem disciplinam artemque bellandi instituit. itaque
 mirum in modum exercita iuventute provocare ausus Albanos gravem et diu principem
 c. 3 populum. sed cum pari robore frequentibus proeliis utrique comminuerentur, misso in 30
 compendium bello Horatii Curiatisque, trigeminis hinc atque inde fratribus, utriusque
 c. 4 populi fata permissa sunt. anceps et pulchra contentio exituque ipso mirabilis. tribus
 quippe illinc vulneratis, hinc duobus occisis, qui supererat Horatius addito ad virtu-
 tem dolo, ut distraheret hostem, simulat fugam singulosque prout sequi poterant, ad-

HPVSL Frecculvus l. c. (ad 7 percussum). 1, 3, 12 (9 hunc — 17 potiretur). 1, 3, 13 (19 ob — 24 vigilaret). 1, 3, 14 (27 Tullus — 28 bellandi).

1 opim S manibus] manibus suis Florus 2 savinis] libri 3 clypeos . . . 4 ulciscerentur
 om. S 4 clypeos V 5 sistere L 6 funeribus] libri et Fr., furentibus Florus (Bamb.), seuientibus Florus (Naz.) 7 misera] libri, mira Florus 8 noua in urbe L hoste libri demica-
 rent S suis om. L 9 dote] de L breuis L 11 esset] essent L, esset sed(?) H 12 ae-
 tate S senatus uocabatur] HPV S Florus (Bamb.), senatus uocabantur Flor. (Naz.), senes uocabantur L
 is P 13 apud caprae paludem Florus, apud paludem capud capri Fr. 15 cui] qui S 16 augu-
 stiore L mandare* P 17 placidum L 18 numua L pampilius L^a curibus HPL
 20 auguros H, augores PSL 21 festos] fastos Florus nefastoque V 22 bifrontem] geminum
 Florus ac] SL, ae HP, e V 24 flamma] SL Florus, flammam HV, flamma in P monitu deae]
 SV Florus, moantu deae H, mo (sequitur spat. 7 litt. vacuum) P, motantu deae L egregiae] HPL, gregiae
 VS, Egeriae Florus 25 eo denique (eodemque L) ferocem om. in litura H 27 exceptit p. n. tullus
 om. in spatio vacuo S excipit Florus numan H, nummam L tullius VL cuius in honorem]
 S Flor. (Bamb.), cuius honorem HPV L, cui in honorem Florus (Naz.), cui ob honorem Fr. 28 instituit]
 condidit Florus 29 exercitam iuuentutem L ausus] aus s P 30 utraque L comminuerentur HP
 31 atque om. L 32 inceptus P 33 superarat L 34 simul ad HPV prout sequi ut prosequi L

- ortus exsuperat. sic (rarum alias decus) unius manu parta victoria est. quam ille *Florus* 1, 3, 5
 mox parricidio foedavit. nam flentem spolia circa se sponsi quidem, sed ostis, so-
 rorem viderat: hunc tam in maturum amorem virginis ultus est ferro, ut auderet leges,
 97 nefas: sed abstulit virtus parricidam et facinus infra gloriam fuit. nec diu in fide c. 6
 5 Albanus: nam Fidenate bello misit in auxilium ex foedere: medii inter duos expecta-
 vere fortunam. sed rex callidus ubi inclinare socios ad ostem videt, tollit animos, c. 7
 quasi mandasset. spes inde Romanis, metus hostibus. sic fraus proditorum irrita
 fuit. itaque hoste victo ruptorem foederis Mettum Furetiem religatum inter duos cur- c. 8
 ros pernicibus equis distrahit Albamque ipsam quamvis parentem, emulam tamen di-
 10 ruit, cum primus omnes opes urbis ipsumque populum Romam transtulisset: prorsus c. 9
 ut consanguinea civitas non perisse, sed in suum corpus redisse rursus videretur.
- 98 Ancus deinde Marcius nepus Pompilii ex filia, pravo ingenio. igitur et muro 1, 4, 1, 2
 moenia amplexus est et influentem urbi Tyberinum ponte commisit Ostiamque in ipso
 maris fluminisque confinio coloniam posuit, iam tunc videlicet praesagiens animo futu-
 15 rum, ut totius mundi opes et comeatus illo velut maritimo urbis ospitio receperentur.
- 99 Tarquinius postea Priscus quamvis transmarinae originis regnum ultro petens 1, 5, 1
 accepit ob industriam atque elegantiam, quippe qui oriundus Corintho Grecum inge-
 nium Italicis artibus miscuisset. hic et senatus maiestatem numero ampliavit et cen- c. 2
 turiis tribus auxit, quatenus Actius Nevius numerum augeri prohibebat, vir summus
 20 augurio. quem rex in experimentum rogavit, fierine posset, quod ipse mente coe- c. 3
 perat. ille rem expertus augurio, posse respondit. 'adquin hoc', inquit, 'agitaram c. 4
 'cutem illam secari novacula posse'. et augur, 'potes', inquit: et secuit. inde Ro- c. 5
 100 manis sacer anguratus. neque pace Tarquinius quam bello promptior: duodecim
 namque Tusciae populos frequentibus armis subegit. inde fascis trabeae curules anuli c. 6
 25 phalere paludamenta praetextae, inde quod aureo curru, quattuor equis triumphatur,
 togae pictae tunicaeque palmate, omnia denique decora et insignia, quibus imperii
 dignitas aeminet, sumpta sunt.
- 101 Servius Tullius deinceps gubernacula urbis invadit, nec obscuritas inhibuit quam- 1, 6, 1
 vis matre serva creatum. nam eximiam indolem uxor Tarquinii Tanaquil liberaliter
 30 educaverat et clarum fore visa circa caput flamma promiserat. ergo inter Tarquinii c. 2
 mortem annitente regina substitutus in locum regis quasi in tempus regnum dolo par-
 102 tum sic egit industriae, ut iure adeptus videretur. ab hoc populus Romanus relatus c. 3

H P V S L Freculfus 1, 3, 15 (12 et muro — 14 posuit). 1, 3, 16 (16 Tarquinius — 27 sunt).
 1, 3, 17 (a 28 Servius). — *Mur.* p. 226^a v. 1 rarum.

1 alias] *Florus*, alius *HPV*, alius *SL* 2 parricidio *L* foedavit] *VS*, foedavit *HP*, foedavit *L*
 quidem] videns quidem *L* 3 ut auderet] (-rit *H^a*) *libri et Florus (Bamb.)*, citare *Flor. (Naz.)*: *scr.* ut
 audiret 5 misit] *libri et Iord. et Flori*, missi *requiritur* auxilium *P* ex] et *L* 7 mandasset]
Florus P², mandasset *S*, mandasset *HP¹V*, munda sit *L* romanis] nostris *Florus (Naz.)*, *requiritur* fufetium
SL, ultio *P*, ultio *HV* furetiem] *libri et Florus (Bamb.)*, fufetium *Florus (Naz.)*, *requiritur* fufetium
 10 primus] prius *Florus* transtulisset] transtulisse sed *L* 12 prauo] *H^bPPVSL^b*, sauo (?) *H^a*, praua
L^a, raro *Florus (Bamb.)*, pari *Florus (Naz.) recte* igitur *om. L* 13 influentem *Florus* tybe-
 rium *P* pontem *PL* 15 receperent *P* 17 industriam *P* chorintho *V* ingenium *P^a*
 18 italis *L* 19 actus neuis *Fr.*, actus (attius *Naz.*) naevius (vel neuius) *Flori libri* 20 experimentum
P^a posset] *Florus*, possit *libri et Fr.* cooperat] *libri et Fr.*, conceperat *Florus* 21 rem experius
H, rem experis *P*, est rem expertus *S* adquin] ad quem *Fr.* inquit] int *S* agitaram] *Florus*,
 agitaram *libri et Fr.* 22 cutem] *HP^aSL* illa *S* secari] reseca *S* romanus *L*
 23 duodece *HP*, duodecen *L*, duodece* (duodecim *m. 2*) *V* 24 tusiae *S* 25 paludimenta *L*
 triumphator *H* 28 seruius *P*, sersius (seruius *m. 2*) *L* tullius *S* *ubernacula (gub- *m. 2*) *V*
 29 liberali (*spat. vac. 4 litt.*) ducaerat *P* 30 clarem *H*, clareim *PV*, claram *Fr.* uiso *L^a* tar-
 tarquinii *H* 31 annitentem *HPV* substitutus *om. L* in tempus] non *t. P*, ad *t. Fr.*
 32 ab] ad *VL* populus romanus] *Fr.*, populos romanos *libri*

Florus 1, 6, 3 in censum, digestus in classes, decuriis atque collegiis distributus, summaque regis sollertia ita est ordinata res publica, ut omnia patrimonii dignitatis aetatis artium officiorumque discrimina in tabulas referrentur ac sic maxima civitas minimae domus diligentia conteneretur.

1, 7, 1 Postremus fuit omnium regum Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus 103
 c. 2 datum. hic regnum avitum, quod a Servio tenebatur, rapere maluit quam expectare,
 missisque in eum percussoribus scelere partam potestatem non melius egit quam ad-
 c. 3 quisiverat. nec abhorrebat moribus uxor Tullia, que, ut virum regem salutaret, supra
 c. 4 cruentum patrem vecta carpento consternatos equos exegit. sed ipse in senatum 104
 caedibus, in plebem verberibus, in omnes superbia, que crudelitate gravior est 10
 c. 5 bonis, grassatus cum sevitiā domi fatigasset, tandem in ostes conversus est. sic
 c. 6 valida Latio oppida capta sunt, Ardea, Oricolum, Gavii, Suessa Pometia. tum co-
 que cruentus in suos. neque enim filium verberare dubitavit, ut simulantis transfu-
 c. 7 gam apud hostes hinc fides esset. quo a Gaviis ut voluerat recepto et per nuntios 105
 consulenti quid fieri vellet, eminentia forte papaverum capita virgula excutiens, cum 15
 per hoc interficiendos esse principes vellet intellegi, qua superbia sic respondit, || ut
 c. 8 senserant¹⁾ || tamen. de manubiis captarum urbium templum erexit. quod cum inau- 106
 c. 9 guraretur, cedentibus ceteris diis, mira res dicitur extitisse: resistere Iuventas et Ter-
 minus. placuit vatibus contumacia numinum, si quidem firma omnia et aeterna pol-
 licebantur. sed illud horrentius, quod molientibus edem in fundamentis humanum 20
 caput repertum est. nec dubitavere cuncti monstrum pulcherrimum imperii sedem
 c. 10 caputque terrarum promittere. tamdiu superbiam regis populus Romanus perpessus 107
 est, donec aberat libido: hanc ex liberis eius inportunitatem tolerare non potuit.
 c. 11 quorum cum alter ornatissimae feminae Lucretiae stuprum intulisset, matrona dedecus
 ferro expiavit, imperium regibus abrogatum. 25

1, 8, 1 Haec est prima aetas populi Romani et quasi infantia, quam habuit sub regibus 108
 septem, || per annos, ut diximus, CCXLIII²⁾, || quadam fatorum industria tam variis ingenio,
 c. 2 ut rei publicae ratio et utilitas postulabat. nam quid Romolo ardentius? tali opus 109
 c. 3 fuit, ut invaderet regnum. quid Numa religiosius? ita res poposcit, ut ferox popu-
 c. 4 lus deorum metu mitigaretur. quid ille militiae artifex Tullus? bellatoribus viris 30
 quam necessarius, ut acueret ratione virtutem. quid aedificator Ancus? ut urbem
 c. 5 colonia extenderet, ponte iungeret, muro tueretur. iam vero ornamenta Tarquinius et 110
 c. 6 insignia, quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? actus a Ser-
 c. 7 vio census quid effecit, nisi ut ipsa se nosset Romana res publica? postremo Superbi
 illius inportuna dominatio nonnihil, immo vel plurimum profuit. sic enim effectum 35
 Nat. 2 est, ut agitatus iniuriis populus cupiditate libertatis incenderetur. || mutataque regali 111
 dominatione ad consolum infulas se conferret; qui bini in annis singulis rem publi-
 cam gubernantes sequenti anno ab aliis venientibus succedebantur, scientesque se
 annis tantum singulis praeesse in populo taliter erga alios agebant, qualiter eos

HPVSL Freculfus l. c. (ad 4 conteneretur). — Mur. p. 226^b v. 10 -dibus in plebem.

5 postremus P	superbos S, superbus L	moribus] meritis L	6 servitio H	maluit]
maluit it H, malumit P ^a	7 egit] regit L	9 sequos P ^a	10 suberbia P	11 cras-
satus L	12 latio oppida] opp. latio Flor. (Bamb.), opp. in latio Flor. (Naz.)	exigit V	oricolum] HPV S, oriculum	
L gauii] HPV L, gavi S	pomedio P	tunc L	coque] HP, quoque vel.	13 cruentos L
simulanti Florus	14 hic L	quo] partemque L	ut uol. recepto (receptos S)]	recepta ut uol. L
18 resistere] libri, restitere Florus	19 nominum L	21 monstr. purcherrimum S, pulch. monstr. L		
23 inportunitate libri	27 ccxliiii S	29 populus bis H	30 tullius L	31 edificatur S
34 qui defecit H	36 regaliū L	37 se conferret] reconferret L	39 sing. tant. L	praecesso HP

1) ut senserant addit Iord.

2) per annos ut d. CCXLIII addit Iord., cf. c. 87.

- 112 erga se acturos postea cupiebant. qui ordo usque ad Augustum Caesarem obtenuit **Rufus**
 privilegium, per viris DCCCCXVI in ann. CCCCLVIII. novem si quidem annos sine
 113 consulibus, sed tantum sub tribunos plebis fuit, quattuor sine iudicibus¹⁾. nam
 post exactos reges annum unum quinis diebus singuli senatorum rem publicam obte-
 5 nuerunt²⁾ et tunc duobus creatis consulibus Bruto et Collatino ordinem in posterum
 114 usque ad Pansam et Sergium servaverunt per ann. praenotatos. et quia omnium
 consulum nomina actosque conscribere et mihi tedium et tibi, qui legis, fastidio
 fore praecavi, aliqua exinde praelibans multa supersedi, quod pene a nonnullis iam
 9 usurpatum esse breviatumque opus cognovi.
- 115 Igitur primi consolum Brutus et Collatinus, quibus ultionem sui moriens matrona **Florus** 1, 9, 1
 mandaverat, populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiae decus quodam
 quasi instinctu deorum concitatus regem repente destituit, bona diripit, agrum Marti
 suo consecrat, imperium in eosdem libertatis suae vindices transfert, mutato tamen,
 116 ut diximus, et iure et nomine. quippe ex perpetuo annum placuit, ex singulari du- c. 2
 15 plex, ne potestas solitudine vel mora corrumpetur, consulesque appellavit pro regi-
 bus, ut consulere civibus suis debere meminissent tantumque libertatis novae gaudium c. 3
 intercesserat, ut vix mutati status fidem caperent alterumque ex consulibus Lucretiae
 maritum tantum ob nomen et genus regium fascibus abrogatis urbem dimitterent.
 117 itaque substitutus Oratius Publicola summo studio annisus est ad augendam liberi c. 4
 20 populi maiestatem. nam et fasces ei pro contione summisit et ius provocationis ad-
 versus ipsos dedit et ne species arcis offenderet, eminentes aedes suas in plana sub-
 118 misit. Brutus vero favori civium etiam domus suae clade et parricidio velificatus est. c. 5
 quippe cum studere de revocandis in urbem regibus liberos suos conperisset, pro-
 traxit in forum, et contione media virgis cecidit securique percussit, ut plane publicus
 25 parens in locum liberorum adobtasse sibi populum videretur.
- 119 Liber iam hinc populus Romanus prima adversus externos arma pro libertate c. 6
 corripuit, mox pro finibus, deinde pro sociis, tum gloria et imperio, lacescentibus
 adsidue usque quaque finitimis: quippe cum patrii soli gliba nulla sit, sed statim c. 7
 hostile pomerium mediusque inter Latium adque Etruscos quasi in quodam bivio
 30 conlocatus omnibus portis in hostem incurreret, donec quasi contagio quodam per c. 8
 singulos itum est et proximis quibusque correptis totam Italiam sub se redigerunt.
- 120 nam Porsenna rex Etruscorum ingentibus copiis aderat et Tarquinius manu redu- 1, 10, 1
 cebat. hunc tamen quamvis et armis et fame urgueret occupatoque Ianiculo in ipsis c. 2

HPVSL Freculfus 1, 4, 2 (10 primi — 16 meminissent; 24 a securique quibusdam mutatis). —
Mur. p. 227^a v. 10 Igitur.

1 erga se ac (om. eos) in litura L^b aucturos HPV qui ordo] quo ordine L, qui ord*** (m. 2
 ordo) V 2 in annos VL 3 plebs L iudicibus] ducibus L 6 sergium] Hirtium Rufus
 7 actosque] HPV, actusque L fastidium SL 8 praecabui libri 11 ac] ae P 12 matri H
 13 consegrat P 15 morra S 16 consulere] libri et Florus (Bamb.), consulere se Florus (Naz.)
 que] qui S 17 inceserat Florus 18 urbem] libri et Flori et Iord. 19 pybicola L annisus
 est] anni sunt est H liberi] Florus, liberis libri 20 ei] et S conditione S ius] eius S
 21 specie Florus artis L, arci S ostenderet L eminenti (teminenti P) sedes libri 22 fauori]
 Florus, fauoris libri 23 cum studeret L, constudere P, custuderè S de om. Florus protaxit HP
 24 securique] securiqueae S, securi vel et securi Flori libri 27 sociis] socus L^a tunc L lacescentibus
 HPV, lacescentibus L 28 gliba nulla S 31 itu P, situm L 32 etruscorum S tarquinius libri

1) Consules fuerant a Bruto et Publicola in Pansam et Hirtium numero DCCCCXVI . . . per annos
 CCCCLXVII: novem enim annis Romae consules defuerunt ita: sub decemviris annis duobus, sub tribunis militari-
 bus annis tribus, sine magistratibus Roma fuit annis quattuor *Rufus*: in quibus quaedam Iordanes male mutavit,

2) Romulus regnavit annos XXXVII: senatores per quinos dies annum unum *Rufus*.

urbis faucibus incubaret, sustenuit, reppulit, novissimae etiam tanta admiratione per-
 culit, ut superior ultro cum pene victis amicitiae foedera feriret. || nam Mucius Sce- 121
 vola Romanorum fortissimus regem per insidias in castris ipsius adgreditur. sed ubi
 frustrato circa purpuratum eius ictu tenetur, ardentibus mox focis intulit manum
 c. 6 terroremque geminat dolo. 'en, ut scias', inquit, 'quem virum effugeris: idem tre- 5
 'centi iuravimus'. cum inter immane dictu hic interritus, ille trepidaret, tam-
 c. 7 quam manus regis arderet. sic quidem viri. set ne sexus alter a laude cessaret, 122
 ecce et virginum virtus. una ex obsidibus regi data elapsa custodiae Cloelia per
 c. 8 patrium flumen equitabat. rex quidem tot tantisque virtutum territus monstris valere 9
 liberosque esse iussit. Tarquini tamen diu dimicaverunt, donec Arruntem filium 123
 regis manu sua Brutus occidit superque ipsum mutuo vulnere expiravit, plane quasi
 adulterum ad inferos usque sequeretur.

1, 11, 1, 2 Nec secus Latini a Mamilio Tuscolano duce apud Regilli lacum expugnantur, vin- 124
 c. 6 cuntur atque subiciuntur. Satricum adque Corniculum, Soraque et Alsium eorum urbes
 captas provinciaeque effecta. de Verulis et Bobillis pudet, sed triumphavere Romani. 15
 c. 7 Tibur nunc suburbanum et aestivae Praenestae deliciae nuncupatis in Capitolio vo-
 c. 8 tis petebantur: idem tunc Fesulae quod Charrae nuper: idem nemus Aricinus, quod 125
 c. 9 Hercylius saltus: Fregellae, quod Caesoriacum: Tiberis quod Eufrates. Curiolos
 quoque, pro pudor, victos adeo gloriae fuisse, ut captum oppidum Gneus Marcius 19
 c. 10 Coriolanus quasi Numantiam aut Affricam nomini indueret. extant et parta de Antio 126
 spolia, que Menius in suggesto fori capta hostium classe suffixit: si tamen illa clas-
 c. 11 sis, nam sex fuere rostratae. sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit. per-
 vicacissimi tamen Latinorum Equi et Vulsci fuere et cotidiani, ut sic dixerim, hostes.
 c. 12 et hos praecipue Titus Quintius domuit, ille dictator ab aratro, qui obsessa et pene 127
 c. 13 iam capta Manlii consulis castra egregia victoria recuperavit. medium erat tempus 25
 forte sementis, cum patricium virum innixum aratro suo licitor in ipso opere deprae-
 hendit. inde in aciem profectus, ne quid a rustici operis imitatione cessaret, pecco- 128
 c. 14 dum more sub iugum misit expeditioneque finita rediit ad bobes rursus triumphalis
 c. 15 agricola. fidem numinum, qua velocitate! intra quindecim dies captum peractumque
 bellum, prorsus ut festinasse dictator ad relictum opus videretur. 30

1, 12, 4, 5 Pari tenore Veientes, Falisci et Fidenates tunc magno labore devicti sunt. qui 129
 c. 11 modo et si fuerint, non videntur. que reliquiae? quod vestigium? laborat enim anna-
 lium fides, ut Veios, Faliscos, Fidenates fuisse credamus.

H P V S (desinit 33 credamus) *L Freculfus l. c.* (ad 11 expiravit). 1, 4, 8 (13 Latini — 14 subiciuntur; 20 extant — 21 spolia). — *Mur. p. 227^b v. 15* -vinciaeque effecta.

1 incumbaret <i>V^a</i>	2 federa <i>H</i>	mucius] mutius <i>S</i> , ueius <i>HPVL</i>	4 frustrato] <i>Florus Frec.</i> ,
frustratum <i>libri</i>	teneretur <i>L</i>	intulit] inicit <i>Florus</i>	6 inter immane] <i>libri</i> , interim immane
<i>Florus</i>	dictum <i>S</i>	7 sexus alter] qui sexus <i>Florus</i>	cessaret] <i>Florus P^bL^b</i> , cessare <i>HP^aVSL^a</i>
9 patrum <i>H</i>	rex] et rex <i>Florus</i>	tot] to <i>HPV</i>	10 tamen diu] <i>libri et Fr.</i> , tamdiu <i>Florus (Nas.)</i> ,
tamen tamdiu <i>Florus (Bamb.)</i>	11 que] quem <i>L</i>	expiravit] <i>S Florus</i> , expiravit <i>HPVL Fr.</i>	12 in-
ferus <i>HPS</i>	13 nec] hec <i>L</i>	latinae <i>S</i>	a om. <i>Florus</i>
14 cornilicum <i>L</i>	sora quem <i>libri</i>	15 triumphavere romani] triumphavimus <i>Florus</i>	17 charrae]
<i>HP^bVS</i> , charrae <i>P^a</i> , charre <i>L</i>	aricini <i>P^a</i> , aricinum <i>Florus</i>	18 hercylius] <i>HPVS</i> , hercillinus <i>L</i> , Her-	
cynius <i>Florus: cf. p. 18, 16</i>	caesoriacum] <i>HPVS</i> , cesoriacum <i>L</i>	curiolos] <i>HPVL</i> , coriolos <i>S</i>	
19 uictus <i>H</i>	gloriae] gloriose <i>L</i>	20 aut] atque <i>L</i>	antio] <i>S Florus</i> , antia <i>HPVL Fr.</i>
21 menius] <i>HPVS</i> , memius <i>L</i>	suggesto] <i>HPVL</i> , suggestum <i>S</i>	22 initus <i>HPVS</i>	23 vulsci]
<i>PV</i> , vulsci <i>S</i> , vulsic <i>H</i> , vulscisci <i>L</i>	24 et] sed <i>Florus</i>	hos] hoc <i>H</i>	ab aratro om. <i>V^a</i>
25 manilii <i>L</i>	27 profectus] <i>libri</i> , uictos <i>ins. post prof. Florus (Bamb.)</i> , post cessaret <i>Florus (Nas.) inter-</i>		
<i>polando</i>	29 numidum <i>L</i>	quam <i>S</i>	captum] coeptum <i>Florus</i>
31 uegentes <i>P</i>	falisci] <i>HPVS</i> , falisci <i>L</i>	33 ut] et <i>V</i>	ualiscos <i>libri</i>

130 Galli autem Senones gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corpo- Florus 1, 13, 4
rum mole, perinde armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, ut plane nata
ad hominum interitum, urbium stragem videretur. hi quondam ab ultimis terrarum c. 5
oris et cingente omnia oceano ingenti agmine profecti cum iam media vastassent,
5 positis inter Alpes et Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam baccaban-
131 tur. tunc Clusium Tusciae urbem obsidebant, ubi pro sociis ac foederatis Romanus c. 6
intervenit missis ex more legatis. sed quod ius apud barbaros? ferocius agunt et
inde certamen. conversi Galli a Clusio Romam. quibus ad Alliam flumen cum ex- c. 7
9 ercitu Fabius consul occurrit. non temere foedior cladis: itaque hunc diem fastis
132 Roma damnavit. fuso exercitu Galli iam moenibus urbis adpropinquabant, ubi pene c. 8
nulla erant praesidia. tum igitur sic ut numquam alias apparuit illa vera Romana
virtus. iam primum maiores natu amplissimis usi honoribus in forum coeunt, ibi de- c. 9
vovente pontifice diis se manibus consecrant statimque in suas quisque aedes regressi
14 sic ut in trabeis erant et amplissimo cultu in curulibus sellis sese reposuerunt, ut c. 10
133 cum venisset hostis, in sua quisque dignitate moreretur. pontifices autem et flami- c. 11
nes quidquid religiosissimi in templis erat, partim in doleis refossa terra recondunt,
partim inposita planstris secum Veios auferunt: virgines simul ex sacerdotio Vestae c. 12
nudo pede fugientia sacra comitantur. tamen excepisse fugientes unus e plebe fertur
19 Atinius, qui depositis uxore et liberis virgines in plaustrum recepit. adeo tunc quo-
134 que in ultimis religio publica privatis affectibus antecellebat. iuventus vero, quam c. 13
satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio arcem Capitolini montis insedit,
obtestata ipsum quasi praesentem Iovem, ut quem ad modum ipsi ad defendendum
135 templum occurrissent, ita ille virtutem eorum numine suo tueretur. aderant interim c. 14
Galli apertamquae urbem adeunt. ibi sedentibus in curulibus suis praetextatos senes
25 velut deos geniosque venerati, mox eosdem, postquam esse homines liquebat, alioquin
nihil respondere dignantes pari vecordia mactant facesque tectis iniiciunt et totam ur-
136 bem igni ferro manibus exaequant. sex mensibus (barbaros quis crederet?) circa c. 15
montem unum pependerit, nec diebus modo, sed noctibus coque omnia experti,
cum tamen Manlius nocte subeuntis, clangore anseris excitatus a summa rupe deie-
30 cit, et ut spem hostibus demeret, quamquam in summa fame tamen ad speciem fidu-
137 ciae, panes ab arce iaculatus est: et stato quodam die per medias hostium custodias c. 16
Fabium pontificem ab arce dimisit, qui solemne sacrum in Quirinali monte conficeret:
atque ille per media hostium tela incolomis religionis auxilio rediit propitiosque deos
renuntiavit. novissime cum iam obsidio sua barbaros fatigasset, mille pondo auro c. 17

HPVL. — Mur. p. 226^a v. 21 -lini montis.

1 incondita HPV	2 nata ad hom in litura V	3 hii L	4 horis libri	cingente L
media vastassent] mediam vastant* L	5 alpe sed P	his] id L	contempti libri	baccaban-
tur] libri, uagabantur Florus	6 tunc] tum Florus	tusciae om. Florus	ubi om. Florus	ac]
et L	7 missi* (missis V ^b) V ^a : missi ex more legati Florus	8 clusi L	9 clades Florus	
10 romam libri	adpropinquabat P ^a	11 illa uero HV, uera illa Florus	14 serant P	16 reli-
giosissim P	partem HPL	defossa Florus	reconderunt] recondunt Florus	17 inpositis L
ex sacerdotio P	18 fugientia] HPV ^a L, fugientia a V ^b	sacro HPV ^a	19 plaustris L	20 regio V
adfectibus Florus, effectibus libri	21 homines L	manilio L	22 obtestates P	ipsi] ipse L
23 templum] libri et Florus (Bamb.), templum eius Flor. (Naz.)		occurri se L, concurrissent Florus		
nomine suo HPV, suo nomine L	aderat HP	24 sedentes Florus	senex L	26 uecordiam
aptant H	27 barbari Florus	28 coque] HP, quoque rel.	29 manilius L	subeuntes Florus
(Naz.)	30 ad] PVL Florus, in H	31 paenes HP, poenes L	hostium custodias] hostias L	
32 fauium L	pontificem om. V ^a	33 atque] at L	34 obsidio sua b. fatigasset] Florus, obsidia	
sua barbaros fatigasset (fatigassent L) et HPVL		auro Florus		

recessum suum venditantes,
 ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleteret.

- Flor. 1, 13, 18, 19 Igitur pastorum quondam casa urbs enituit: post assertam a Manlio faciem resti- 138
 tutamque a Camillo acrius etiam vehementiusque in finitimos resurrexit. nec tamen 139
 contenti Romani suis eos moenibus expulisse, cum per Italiam naufragia sua latius 5
 traherent, sic persecuti sunt, ductante Camillo, ut odiae nulla Senonum vestigia su-
 c. 20 persint. semel apud Anienem trucidati, cum singulari certamine Manlius aureum
 torquem barbaro inter spolia detraxit, unde et Torquatus est dictus. iterum Pomptino 140
 agro, cum in simili pugna Valerius insidente galeae sacra alite adiutus rettulit spolia
 dictusque est ipse Corvinus. nec non tamen post aliquod annos omnes reliquias 10
 eorum in Etruria ad lacum Vadi montis Dolabella delevit, ne quis extaret ex ea
 1. 14, 1 gente quae incensam a se Romanam urbem gloriaretur. conversoque a Gallis Manlio 141
 1. 15, 1 Torquato Latini experti sunt et devicti. indeque Savini, qui eorum belli socii ductante 142
 c. 2 Tatio extitissent, a Curio Dentato consule subiecti, eorumque loca a Varanio fonte in
 c. 3 Adriano tenus mari igni ferroque vastata, tantumque Romano populo addit opes, ut 15
 nec ipse posset aestimare qui vicerat.
1. 16, 1 Praecipuis deinde Campaniae motus non pro se sed pro sociis Samnitas invadit. 143
 c. 3 omnium namque non modo Italiae tantum, sed pene toto orbe terrarum pulcherrima
 Campaniae plaga est. nihil mollius caelo: denique bis floribus vernal. nihil uberius
 c. 4 solo: ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. nihil hospitalius mari: hic illi nobiles 20
 portus Caieta, Misenus, tepentes fontibus Baiiae, Lucrinus et Avernus quaedam maris
 c. 5 hostia. hic amici vitibus montes Caurus Falernus Massicus et pulcherrimus cuncto-
 c. 6 rum Vesubius Aetnaei ignis imitator. urbes ad mare Formiae Cumae Puteoli Hercu-
 laneum Pompei et ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas Romam 24
 c. 7 Carthaginemque numerata. pro hac urbe, his regionibus populus Romanus Samnitas 144
 invadit, gentem, si opulentiam quaeras, aureis et argenteis armis et discolori veste
 usque ad ambitum armatam: si fallaciam, saltibus ferae et montium fraude grassan-
 tem: si rabiem ac furorem, sacris legibus humanisque hostiis in exitium urbis agi-
 c. 8 tatam: si pertinaciam, sexies rupto foedere cladibusque ipsis animosiozem. hos tamen
 quinquaginta annis per Fabios ac Papiros patres eorumque liberos ita subegit et do- 30
 muit, ita ruinas ipsas urbium diruit, ut hodiae Samnium in ipso Samnio requiratur
 c. 9 nec facile appareat materia quattuor et viginti triumphorum. maximae tamen nota et 145

HPVL Freculfus 1, 4, 17 (4 nec — 12 gloriaretur). *Paulus h. R. 1, 8* (18 omnium — 29 animosiozem).
1, 9 (30 ita — 32 appareat). — *Mur. p. 228^b v. 28* hostiis.

1 recessum suum] recessuum L uindicantes V^a, uinditantes P^a hiatum non adnotant libri;
 exciderunt Flori haec: idque ipsum per insolentiam, cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio insuper 'vae
 victis' increparent, subito adgressus a tergo Camillus adeo cecidit 3 urbis libri mallo L 5 con-
 tempti L moenibus] sedibus L latius HPV 6 odie enulla P 7 manilio L 8 pomp-
 tio L^a 9 aliter HPV 11 uadi montis] HPV Fr., uadis montis L: Vadimonis Flor. 12 manlio]
 PV, mallo H, manilio L 13 bellis libri 14 a uariano fonte (fente P) in] qua Nar Antio fontes (fontes-
 que Naz.) Velini Florus 15 tantoque L 16 possit HPV 17 campanae P 18 orbem V
 19 camp. plaga est pulch. L^a 21 caieta] Paulus, galea HPV, galeza L. misenus] Paulus, mesenos
 libri tepentes] L et Paulus cum Floro, tepente HP, teponte V 22 (h)ostia] libri Iord. et Pauli.
 otia Florus amici] amicti Florus (Naz.) caurus] libri Iord. et Pauli, Gaurus Florus 23 uesu-
 bius] HPV, besubius L, uesuuius Paulus ethnei P cum Floro, ethnae H, ethne L, etne V puteoli]
 Put. Neapolis Florus herculanium L 24 pompeia Paulus 25 cartaginemque HPV^b, cartag-
 V^aL numerata] Florus, nominata Paulus, numeranda HPV, numerandam L 27 armatam] sic et
 Iordanis libri boni et Flori Bamb. (omittit Nasarianus), ornatam (ornatam dett.) Paulus, inde ornatam Iordanis
 liber Bambergensis (v. Iahn ad Florum p. VIII) crassantem libri Iordanis et Pauli Vat. 3339 28 exiti-
 um L orbis Paulus 29 animosiores L 30 domuit] deleuit L 31 diripuit H sam-
 nio] samnium HPV 32 facile om. L^a nota] notae HPV, note L^b, om. L^a

IORDANES.

3

- inlustris apud Caudinas forculas ex hac gente clades Veturio Postumioque consulibus
 accepta est. elusum per insidias intra eum saltum exercitum, unde non posset eva- Florus 1, 16, 10
 dere, stupens tanta occassione dux ostium Pontius Herineum patrem consuluit: et ille, c. 11
 4 mitteret omnes vel occideret sapienter, ut senior, suaserat: hic armis exutos mittere
 146 sub iugum maluit, ut nec amici forent beneficio et post flagitium hostes magis. ita- c. 12
 que et consules statim magnifice voluntaria deditione turpitudinem foederis dirimunt
 et ultionem flagitans miles Papirio duce — orribile dictu — strictis ensibus per ipsam
 viam ante pugnam fuit et in congressu arsisse omnium oculos hostis auctor fuit. nec
 prius finis caedibus datus, quam iugum sibi promissum Romani et duci Samnitum et
 10 hostibus reposuerunt.
 147 Hactenus cum singulis gentibus, mox catervatim. sic tamen coque par omnibus 1, 17, 1
 fuit. Etruscorum duodecem populi, Vmbrii in id tempus intacti antiquissimus Italiae
 populus, Samnitium reliqui in excidium Romani nominis repente coniurant. erat ter- c. 2
 14 ror ingens tot simul tantorumque populorum. late per Etruriam infesta quattuor
 148 agminum signa volitabant. Geminius interim saltus in medio, ante invius plane quasi c. 3
 Calydonius vel Herquinius, adeo terror erat, ut senatus consuli denuntiaret, ne tan-
 tum periculi ingredi auderet. sed nihil horum terruit ducem, quin fratre praemisso c. 4
 exploraret accessus. ille per noctem pastorali habitu speculatus omnia, refert tutum
 149 iter. sic Fabius Maximus periculosissimum bellum sine periculo explicuit. nam c. 5
 20 subito inconditos atque palantes adgressus est captisque superioribus iugis in sub-
 iectos suo iure detonuit. ea namque species fuit illius belli, quasi in terrigenas c. 6
 caelo ac nubibus tela iacerentur. nec incruenta tamen illa victoria. nam oppressus c. 7
 in sinu vallis alter consolum Decius more patrio devotum diis manibus optulit caput,
 24 sollemnemque familiae suae consecrationem in victoriae praetium redegit.
 150 Needum Etrusco bello exempto mox sequitur Tarentinum, unum quidem in no- 1, 18, 1
 mine, sed multiplex in victoriis. hoc enim Campanos Apulos atque Lucanos et caput
 belli Tarentinos, id est totam pene Italiam, et cum his omnibus Pyrrum clarissimum
 Epyrotarum Graeciae regem una veluti ruina pariter involvit, ut eodem tempore et
 151 Italiam consummaret et transmarinos triumphos auspicaretur. Tarentus Lacedemo- c. 2
 30 niorum opus, Calabriae quondam et Apuliae totiusque Lucaniae caput, cum magni-
 tudine et muris portuque nobilis tum mirabili situ, quippe in ipsis Adriae maris c. 3
 faucibus posita in omnes terras Histriam Illyricum Epyron Achaiaem Africam Sici-
 152 liam vela dimittit. imminet portui ad prospectum maris positum theatrum, quod
 quidem causa miserae cupiditatis fuit omnium calamitatum. ludos forte celebra- c. 4
 35 bat, cum adremigantes litore Romanam classem vident atque ostem rati aemicant
 sine discrimine et insultant. qui enim aut unde Romani? nec satis. aderat c. 5
 sine mora querillam ferens legatio: hanc quoque foede per obscenam turpemque

HPVL Frecculfus 1, 4, 19 et denuo 28 (29 Tarentus — 31 situ). — Mur. p. 229^a v. 37 querillam.

1 ex hac gente] exagente L cladis libri 3 occassione PV duxit ostium (host. V) HV,
 dux** hostium PL herineum] HPV, erineum L, Herennium Florus 4 mittere o. u. occidere L
 persuaserat L 7 pampirio H strictis] tristis L 8 pugna L 9 ducis HPV 11 hac-
 tenus] h populus romanus Flor. cateruatim] aceruatim Flor. coque] HP, quoque V, om. L 13 sam-
 nitum L nominis] populi L 14 ethuriam L 16 calydonius] HPV Flor. (Naz.), calidionis L
 herquinius] HPV Flor. (Bamb.), erquinius L, cf. p. 15, 18 terror] tam (tunc) terrori Florus 18 ex-
 plorare HPV accensus libri 21 suosure P 24 redeit L 25 ex exempto V 26 apul-
 los P, apulios L 27 terentinos HPV pene om. Florus 28 Epyrotarum om. Florus unam
 HPV picriter V 29 cosumaret L triumphos transm. V 31 nobiles libri mirabili]
 HPV Florus (Bamb.), mirabile L, mirabilis Florus (Naz.) Hadriani vel Hadriatici Florus 33 uel ad-
 mittit H imminit HP quod] quo H 34 cupiditatis] libri, ciuitati Florus celebrabant L
 35 romana classe HV, Romanas classes Florus 36 et om. Florus qui] quid L 37 coque P
 faede HPV, fede L

Florus 1, 18, 6 dictu contumeliam violant: et hinc bellum. sed apparatus horribilis, cum tot simul 153
 populi pro Tarentinis consurgerent omnibusque vehementior Pyrrus, qui semigrecam
 ex Lacedemoniis conditoribus civitatem vindicaturus cum totis viribus Epyri Thessa-
 liae Macedoniae incognitisque in id tempus elephantis mari terra viris equis armis, 4
 c. 7 addito insuper ferarum terrore veniebat. apud Eracleam Campaniae fluviumque Li- 154
 rem Laevino cons. prima pugna, que tam atrox fuit, ut Forentanee turmae prefectus
 Obsidius invectus in regem turbaverit coegeritque proiectis insignibus proelio exce-
 c. 8 dere. actum erat, nisi elefanti converso in spectaculo bello procurrissent. quorum
 cum magnitudine tum deformitate et novo odore simul ac stridore consternati equi
 cum incognitas sibi beluas amplius quam erant suspicarentur, fugam stragemque late 10
 c. 9 dederunt. in Apulia deinde apud Asculum melius dimicatum est Curio Fabricioque 155
 consulibus — iam quippe terror beluarum exoleverat et Gaius Numicius quartae legio-
 c. 10 nis astatus unius promoscide abscisa mori posse beluas ostenderat. itaque in ipsos
 pila congesta sunt et in turres vibratae faces tota hostium agmina ardentibus ruinis
 operuerunt. nec alius cladi finis fuit quam nox dirimeret postremusque fugientium 15
 c. 11 rex ipse a satellitibus humero saucius in armis suis referretur. Lucaniae suprema 156
 pugna Sybarusinis quos vocant campis, ducibus hisdem quibus superius, sed tum
 c. 12 tota victoria. exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit. nam provectis in primam
 aciem rursus elephantis unum ex his pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit,
 qui cum per stragem suorum recurrens stridore quereretur, mater agnovit et quasi 20
 c. 13 vindicaret, exiliit, tum omnia circa quasi hostilia gravi mole permiscuit: ac sic eae-
 dem ferae, que primam victoriam abstulerunt, secundam parem fecerunt, tertiam
 c. 14 sine controversia tradiderunt. nec vero tantum armis et in campo, sed consiliis 157
 et domi coque intra urbem cum rege Pyrro dimicatum est. quippe post primam victo-
 c. 15 riam intellecta Romana virtute statim desperavit armis, seque ad dolos contulit. nam 25
 interemptos cremavit captivosque indulgenter habuit et sine pretio restituit missisque
 legatis in urbem omni modo annisus est, ut facto foedere in amicitiam reciperetur.
 c. 16 sed et bello et pace et foris et domi omnem in partem Romana virtus tum se adpro- 158
 bavit nec alia magis quam Tarentina victoria ostendit populi Romani fortitudinem, 29
 c. 26 senatus sapientiam, ducum magnanimitatem. || nec alius pulchrior in urbem aut spe- 159
 c. 27 ciosior triumphus intravit. ante hunc diem nihil praeter pecora Vulscorum, greges
 Savinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitium arma vidisset. tum autem, si capti-
 vos aspiceres, Molossi Thessales Macedones Bruttius Apulus atque Lucanus: si pom-
 c. 28 pam, aurum purpura signa tabulae Tarentinaeque diliciae. sed nihil libentius popu-

HPVL Freculfus 1, 4, 19 = 28 (2 Pyrrus — 5 terrore; 8 quorum — 17 superius; 28 sed).

1 dictu contumeliam] *Florus*, dictumelliam *HPL*, dictum hellam *V* 2 populis *HPV* pyrrus
 om. *L* 3 lacedemonibus *L* vindicaturus *L* 5 terrore] terrarum *L* 6 prima pugna que]
 primaque pugna *L* forentane *V*, Ferentanae *Florus* pref. per compendium libri 7 proelio]
 bello *L* 8 spectaculum *Florus* 9 cum magnitudine tum] magnitudinem tam *L* conternati *V*
 10 late om. *L* 11 deinde] denique *L* 13 ostenderat] *Florus*, ostenderet libri et *Fr.* utroque loco
 ipsos] libri et *Frec.* c. 19, ipsas *Florus* et *Frec.* c. 28 16 referretur *L* 17 pugna sybarusinis]
Florus (*Bamb.*), pugna sybaros (subaros *P*, sibaros *L*) in his *PVL*, pugnas baros in his *H*, pugna sub arusinis
Florus (*Nax.*) sed tum] sedum *L* 18 quem] que *L* 20 cum] dum *L* 21 vindicaret]
 vindicare libri exiliit] *HPVL*, exiluit *P^bFlorus* quasi circa *V* eadem] aedem *HP*, eadem *L*,
 **dem (cedem vel eedem *V^b*) *V^a* 22 prima *L* 23 controuersiam *HPV* campo] *Florus* (*Bamb.*),
 campos libri, campis *Flor.* (*Nax.*) 24 et domi coque] *H*, et domi quoque *VL*, et dominicoque *P*, quoque
 et domi *Florus* 26 interemptus *HPV* indulgenter] *L*, indulgentes *HPV* 30 nec alius] neka-
 lius *PV* pulchrior *P^a* urbe *HPV* specior *L* 32 sauinorum] libri et *Fr.* samni-
 tum *Fr.* uidisset] libri, uidisses *Florus*, uiderunt *Fr.* tunc *L* 33 aspiceret *L* thessales]
 libri et *Fr.*, Thessali *Florus* brattius *HP Fr.* 19. 28, bractius *L*, bratius *V* 34 arentinaeque *P*

- lus Romanus aspexit quam illas quas timuerat cum turribus suis beluas, quae non sine sensu captivitatis summissis cervicibus victores equos sequebantur.
- 160 Post Tarentinam cladem domiti Picentes et caput gentis Asculum a Sempronio *Florus* 1, 19, 1. 2
4 duce, qui tremente inter proelium campo, Tellurem deam promissa aede placavit.
- 161 Salentini vero Picentibus additi caputque his regionibus Brundisium inclyto 1, 20
portu Atilio duce, et in hoc certamine victoriae praetium templum sibi pastoria Pales
ultra poposcit.
- 162 Postremi Italicorum in fidem venire Vulsini opulentissimi Etruscorum, imploran- 1, 21
tes opem adversus servos quondam suos, qui libertatem a dominis datam in ipsos
10 erexerant translataque in se re publica dominabantur, sed hi quoque duce Fabio
Gurgite poenas dederunt.
- 163 Domita subactaque Italia populus Romanus || Appio Claudio consule primum fre- 2, 1, 1. 2. 5
tum ingressus est fabulosis fame monstris estuque violentum, sed adeo non est
exterritus, ut ipsam illam ruentis estus violentiam pro munere amplecteretur, quod c. 6
15 velocitas navium mari iuvaretur, statimque ac sine mora Hyeronem Syracusanum
tanta celeritate devicit, ut ille ipse prius se victum, quam hostem videret, fateretur.
- 164 Duellio Cornelioque consulibus etiam mari congredi ausus est. tum quidem ipsa c. 7
velocitas classis comparatae victoriae auspiciam fuit. intra enim sexagesimum diem
quam caesa silva fuerat, centum sexaginta navium classis in anchoris stetit, ut non
20 arte factae, sed quodam munere deorum conversae in naves atque mutatae arbores
viderentur. proelii vero forma mirabilis, cum illas caeleres volucresque hostium na- c. 8
ves hae graves tardaeque conpraehenderent. longe illis nauticae artes detorquere
remos et ludificari fuga rostra. iniectae enim ferreae manus machinaeque validae c. 9
21 ante certamen multum ab oste derisae coactique hostes quasi in solido decernere.
- 165 victor ergo apud Liparas mersa aut fugata hostium classe primum illum maritimum
egit triumphum. cuius quod gaudium fuit, cum Duellius imperator non contentus c. 10
unius diei triumpho per vitam omnem, ubi a cena rediret, praelucere funalia et prae-
cinere sibi tibias iussit, quasi cotidie triumpharet. prae tanta victoria leve huius c. 11
29 proelii damnum fuit alter consulum interceptus Asina Cornelius, qui simulato collo-
166 quo evocatus atque ita oppressus fuit perfidiae Punicae documentum. Calatino dicta- c. 12
tore fere omnia praesidia Poenorum Agrigento Dripanis Panormo Eryce Lilybeoque
detraxit. trepidatum est semel circa Cameriniensium saltum: sed eximia virtute c. 13
Calpurni Flammae tribuni militum evasimus. qui lecta trecentorum manu insessum
ab hostibus tumulum occupavit adeoque moratus osten, dum exercitus omnis evaderet:
35 ac sic pulcherrimo exitu Thermopylarum et Leonidae famam adaequavit, hoc inlustrior c. 14
167 noster, quod expeditioni tantae superfuit et nihil inscripserit sanguine. Lucio Corne- c. 15
lio Scipione cum iam Sicilia suburbana esset populi Romani provincia serpente latius
bello Sardiniam adnexamque Corsicam transiit Olbiam. ibi Aleriae urbis excidio in- c. 16

HPVL Freculfus 1, 4, 28 (ad 5 additi; 8 Postremi — 11 dederunt). — *Mur.* p. 229^b v. 6 portu.

3 tarentina clade *H* a om. *Florus* 4 prelia *L* campo] campu *HP*, caput *V* aede]
ede *P*, cede *L* 5 sarentini *H* his regionibus] regionibus *Florus* (*Naz.*), regionis *Florus* (*Bamb.*)
6 portu atilio] *Florus* (*Bamb.*), post uatilio libri, portu *M.* Atilio *Florus* (*Naz.*) pastoria pales] *Florus*,
pastor apales *HPV*, pastor appales *L* 8 postremi] ū postremi *L* 9 aduersos *H* quond. suos
seru. *V*^a 10 his *P*^a faulo *L* 12 populos romanos *HPV* 13 fame] infame *Florus*
uolentu *HPV* territus *L* 17 congregi] *H* 20 quodam] q. modo *L* 22 hae] haec *L*
detorqueri libri 23 ferreae] *L* *Florus* (*Naz.*), ferreae *HP*, ferre *V*, ferreae *Florus* (*Bamb.*) 24 multam
H cernere *L* 25 lipares *L* 27 foenalia *L* 29 asina] sagina *H* 31 praesia *H*
paenorum *HPV*, penorum *L* dripanis] *HPVL* 33 calpurnii *L* 34 omnes *HV* 35 laco-
nidae *HPV* 37 sicillias ab urbana *H* 38 bello bis *L* olbiam ibi ateria] olbiae hic ibi alter
Florus (*Bamb.*), olbiae hic baleriae *Florus* (*Naz.*); requiritur Olbiae hic, ibi Aleriae

- colas terruit adeoque omni terra et mari Poenos purgavit, ut iam victoriae nihil nisi
 Florus 2, 2, 17 Africa ipsa restaret. Marco Atilio Regulo duce iam in Africam navigabat bellum. 168
 nec defuerant qui in ipso Punico maris nomine ac terrore deficerent: insuper augente
 Natio tribuno metum, in quem nisi paruisset securi dextra imperator metu mor-
 c. 18 tis navigandi fecit audaciam. mox deinde ventis remisque prosperatum est tantusque
 terror hostici adventus Poenis fuit, ut apertis pene portis Chartago caperetur. prima 169
 c. 19 prooemium belli fuit civitas Clypea: prima enim a Punico litore quasi arx et spec-
 c. 20 tacula procurrit. et haec et trecenta amplius castella vastata sunt. nec cum homi-
 nibus, sed cum monstris quoque dimicatum est, cum quasi in vindictam Africae nata 9
 c. 21 mirae magnitudinis serpens posita apud Bracadam castra vixaverit. sed omnium 170
 victor Regulus cum terrorem nominis sui latae circumtulisset, cumque magnam vim
 iuventutis ducesque ipsos aut cepisset aut haberet in vinculis classemque ingenti
 praeda onustam et triumpho gravem in urbem praemisisset, iam ipsam belli caput
 c. 22 Chartaginem urgebat obsidione ipsisque portis inherebat. hic paululum circumacta 171
 fortuna est, tantum ut plura essent Romanae virtutis insignia, cuius fere magnitudo 15
 c. 23 calamitatibus adprobatur. nam conversis ad externa auxilia hostibus cum Xantyp-
 pum illis duce Lacedaemon misisset, a viro militiae peritissimo Regulus victus est,
 foedaque clades Romanisque usu incognita: nam vivus in manus hostium venit fortis-
 simus imperator. sed ille quidem par tantae calamitatis fuit, nam nec Punico carcere 172
 c. 24 infractus est nec legatione suscepta: quippe diversa quam hostis mandaverat censuit, 20
 c. 25 ne pax fieret nec commutatio captivorum receperetur. sed nec illo voluntario ad
 hostes suos redito nec ultimo sive carcere seu supplicio deformata maiestas. immo
 his omnibus ammirabilior quid aliud quam victor de victoribus atque etiam, quia
 c. 26 Chartago non cesserat, de fortuna triumphavit? populus autem Romanus multo acrior 24
 c. 27 intentiorque pro ultione Reguli quam pro victoria fuit. Metello igitur consule con- 173
 spirantibus artius Poenis et reverso in Siciliam bello apud Panormum sic hostes ce-
 c. 28 cidit Romanus exercitus, ne amplius eam insulam adgredi cogitarent. argumentum
 ingens victoriae centum circiter elephantorum captivitas. sic quoque magnas praedas
 c. 29 egit, ut gregem illum non bello, sed venatione cepisset. Appius Claudius consul non 174
 ab hostibus sed a diis ipsis superatus est, quorum auspicia contempserat, ibi statim 30
 classe dimersa, ubi ille praecipitari pullos iusserat, quod pugnare ab his vetaretur.
 c. 30 Marcus Fabius Buteo classem iam in Africo mari apud Egimurum hostium in Italiam 175
 c. 31 ultro navigantem cecidit. quantusque tum triumphus tempestate intercidit, cum opu-
 lenta praeda classis adversis acta ventis naufragio suo Africam et Syrtis, omnium
 c. 32 imperia gentium insularum litora implevit. magna clades, sed non sine aliqua prin- 35

H P V L. — *Mur. p. 230^a v. 8 sunt.*

1 pynos <i>HPV</i> , pinos <i>L</i>	2 ipsa africa <i>L</i>	africa <i>L</i>	nauicabat <i>PV</i>	3 defuerat <i>L</i>
in <i>om. Florus</i>	Punici <i>Florus</i>	augentem <i>HPV</i>	4 natio] nautio (<i>Bamb.</i>) vel nautrio (<i>Naz.</i>)	
libri <i>Flori</i>	metum mort. <i>P</i>	5 nauicandi <i>V</i>	aut daciam <i>P</i>	prosperatum] libri, properatum
<i>Florus</i>	6 paenis libri	chartago] <i>HPV</i> , carthago <i>L</i> et sic fere deinceps	7 prooemium] coniecit	
<i>Iahn</i> , proemium libri, pr(a)emium <i>Flori</i> libri		belli fuit] <i>PVL Florus</i> , fuit belli <i>H</i>	ars <i>L^a</i>	
spectacula] libri, specula <i>Florus</i>	9 sed] modo sed <i>Florus</i>	10 bragadam <i>Florus</i> (<i>Bamb.</i>), bagradam		
<i>Flor.</i> (<i>Naz.</i>)	uexauerat <i>L</i>	12 cepisset] <i>L</i> , caepisset <i>P</i> , coepisset <i>HV</i>	14 urgebat <i>om. L^a</i>	
16 xantypum] <i>HPV</i>	17 misisset <i>H</i>	a viro militiae] auro militiae <i>L</i>	regulus uictus est foeda-	
que] uincimur foeda <i>Florus</i>	18 foedaque <i>HP</i>	20 quam] quas <i>L</i>	hostes libri	21 commu-
tato <i>L</i>	22 redito] <i>HV</i> , reditu <i>P</i> , reddito <i>L</i>	carceres libri: carceris <i>Florus</i> (<i>Bamb.</i>), carcere <i>Florus</i>		
(<i>Naz.</i>)	seu suppl.] <i>PVL</i> , sine suppl. <i>H</i> , seu crucis suppl. <i>Florus</i>	23 mirabilior <i>L</i>	26 penis	
<i>HP</i>	panormium <i>L</i>	28 ingentis <i>Florus</i>	29 coepisset <i>HPV</i>	Ap. Claudio consule <i>Florus</i>
31 dimersa] <i>HPVL</i>	uetaretur] uideretur <i>L</i>	32 M. Fabio Buteone cos. <i>Florus</i>	egimurum	
hostium] libri	33 quantusque] quantus o <i>Florus</i>	34 aduersus <i>L</i>	35 inperitia <i>L</i>	

- cipis populi dignitate interceptam tempestate victoriam et triumphum perisse naufragio. et tamen cum Punicae praedae omnibus promuntoriis insulisque fluitarent, populus Romanus et sic triumphavit. Lutatio Catulo consule tandem bello finis inpositus Florus 2, 2, 31 apud insulas, quibus nomen Aecatae: nec maior alias in mari pugna: aderat quippe c. 34 com meatibus exercito propugnaculis armis gravis classis et in ea quasi tota Chartago, quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta levis expedita et quodam genere c. 35 castrensium ad similitudinem pugnae equestris sic remis quasi avenis agebatur et in hos vel illos ictus mobilia rostra speciem viventium praeferabant. itaque momento c. 36 temporis laceratae hostium rates totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuerunt. tanta denique fuit illa victoria, ut de excidendis hostium moenibus c. 37 non quaereretur. supervacuum visum est in arcem murosque saevire, cum iam in mari esset deleta Chartago.
- 177 Peracto si quidem Punico et nec dum quantum respirato sequitur Liguricum. 2, 3, 1, 4 nam Ligures hi imis Alpium iugis adhaerentes inter Varum Magramque amnem implicitos dumis silvestribus victitabant, quos pene maius fuit invenire quam vincere. tuti si quidem locis et fuga durum atque velox genus ex occasione latrocinia magis quam bella faciebant. itaque cum diu multumque eluderent saltu viis Decilates Oxuvii Buriates Ingauni, tandem Fulvius latebras eorum igni sepsit, Bebius vero in plana c. 5 deduxit, Postumius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur.
- 178 Post quos mox Galli. Insubribus et his Alpium incolis animi ferarum, corpora 2, 4, 1 plus quam humana erant, sed experimento depraehensum est. quippe virtus eorum sicut primo impetu maior quam virorum est, ita sequens minor quam feminarum. Alpina corpora humente caelo educata habent quiddam simile nivibus suis: cum mox c. 2 caluere pugna, statim in sudorem eunt et levi motu quasi sole laxantur. hi saepe et c. 3 alias et Brittomaro duce non prius posituros se baltea quam Capitolium ascendissent iuraverant. factum autem est, et victos eos Emilius in Capitolio discinxit. et quod c. 4 dux eorum de Romano militi praedam Marti suo torquem aureum devotasset, intercepti Iuppiter votum et de eius ipsius Ariobistonis relicorumque Gallorum torquibus aureum tropeum Iovi erexit Flamminius. rex quoque eorum Viridomarus Romana c. 5 arma Vulcano promisserat: aliorum vota ceciderunt. occiso enim eo Marcellus tertio post patrem Romulum Feretrio Iovi opima suspendit.
- 180 Illyres autem, id est Veneti, seu Liburnes sub extremis Alpium radicibus agunt 2, 5, 1 inter Arsiam Titulumque flumen longissimae per totum Adriani maris litus effusi. hi c. 2 regnante Teutana muliere populationibus non contenti licentiae scelus addiderunt. c. 3 legatos quippe Romanos, ob ea quae deliquerant iure agentes, ne gladio quidem, sed c. 3 ut victimas securi percutiunt, praefectos navium igni conburunt idque quo indignius foret, mulier imperavit. itaque Gneo Fulvio Gentimalo duce late domantur. strictae c. 4 secures in principum colla legatorum manibus litavere.

HPVL (deficit 10 in operuerunt hiatu non indicato), *Paulus h. R. 3, 2* (20 Galli — 29 erexit). — *Mur. p. 230^b v. 14* Ligures.

1 dignitatem <i>HPV</i>	2 promuntoriis <i>L</i>	3 lucatio <i>L</i>	4 aecatae] <i>HPV</i> , aetate <i>L</i>
5 exercito] <i>libri</i>	7 avenis] <i>libri: id est</i> habenis	9 sicillas diniamque <i>L</i>	11 archem <i>HP</i>
seutiae <i>HP</i> , seutire <i>V</i>	13 si <i>om. L</i>	punico] <i>P. bello Flor.</i>	lyguricum <i>HPV</i>
hi imis] <i>HP</i> , hlemis <i>V: imis Florus</i>	15 dum his <i>V Flor. (Bamb.)</i>	16 gens <i>P</i>	oceanstone <i>H</i> ,
hoccansione <i>P</i>	17 saltu utis] salui <i>Flor. (Bamb.)</i> , saltus <i>Flor. (Naz.): intelleguntur Salluvii</i>	18 flu-	
nium <i>V</i>	19 postuuit <i>HPV</i>	21 a erant in litura <i>P</i>	23 quidam <i>V</i>
26 est <i>om. P</i>			
27 praeda marti <i>HPV</i>	28 ariobistonis] <i>libri Iord. et Pauli</i> , ariobisto duce <i>Flor. (Bamb.)</i>	relicorum-	
que] <i>HP</i> , reliquorumque <i>VL</i>	29 flaminus (<i>V</i>)	30 tertia <i>Florus</i>	32 ides <i>HPV</i>
<i>HP^bV</i> , ex remis <i>P^a</i>	35 romanos] nostros <i>Flor.</i>	36 securi] <i>bis H</i>	naugium <i>H</i>
<i>V</i>	gentimalo] <i>HPV Florus (Bamb.)</i>	38 principum] <i>Florus</i> , principium <i>HPV</i>	37 fulmo

Florus 2, 6, 1 Post primum autem Punicum bellum vix quadriennium requies: ecce alterum bel- 181
 lum, minus quidem spatio — nec enim amplius XVIII annos tenens — sed adeo cla-
 dium atrocitate terribilis, ut si quis conferat damna utriusque populi, similior victo
 c. 2 sit populus ille qui vicit. urebat nobilem populum mare ablatum, raptae insulae,
 dare tributa quae iubere consueverat. hinc ultionem puer Annibal ad aram patris 5
 c. 3 iuraverat, nec morabatur. igitur in causa belli Saguntus electa est, velut Spaniae 182
 civitas et opulenta fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum.
 c. 4 quam in libertatem communi foedere exceptam Annibal, causas novorum motuum
 quaerens, et suis et suorum manibus evertit, ut Italiam sibi rupto foedere aperiret.
 c. 5 summa foederum Romanis religio est: itaque ad auditum sociae civitatis obsidium, 10
 memores icti cum Poenis quoque foederis, non statim ad arma procurrunt, dum prius
 c. 6 more legitimo quaeri malunt. interim iam novem mensibus fessi fame machinis ferro,
 versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum, tum desuper se suos-
 c. 7 que cum omnibus opibus suis ferro et igni conrumpunt. huius tantae cladis autor 183
 Annibal poscitur. tergiversantibus Poenis dux legationis: 'quae', inquit, 'mora est'? 15
 Fabius: 'in hoc ego sinu bellum pacemque porto, utrum elegitis?' subclamantibus
 'bellum'; 'bellum igitur', inquit, 'accipite'. et excusso in media curia togae gre-
 c. 8 mio non sine horrore, quasi plane sinu bellum ferret, effudit. similis exitus belli 184
 initiis fuit. nam quasi has inferias sibi Saguntinorum ultimae dirae in illo publico
 parricidio incendioque mandassent, ita manibus eorum vastatione Italiae, captivatae 20
 c. 9 Africae, ducum et regum qui id gessere bellum exitio parentatum est. igitur ubi
 semel se in Spaniam movit illa gravis et luctuosa Punici belli vis atque tempestas
 destinatumque Romanis iam diu fulmen Saguntino igne conflavit, statim quodam im-
 petu rapta medias perfraegit Alpes et in Italiam ab illis fabolusae altitudinis nivibus 24
 c. 10 velud caelo missa descendit. ac primi quidem impetus turbo inter Padum atque Ti-
 cinum valido statim fragore detonuit. tum Scipione duce fusus exercitus: saucius
 etiam ipse venisset in hostium manus imperator, nisi protectum patrem praetextatus
 c. 11 ammodum filius ab ipsa morte rapuisset. hic erit Scipio, qui in exitum Africae cre-
 c. 12 scit, nomen ex malis eius habiturus. Ticino Trevia succedit. hic secunda Punici 186
 belli procella desaevit Sempronio consulae. tum callidissimi hostes frigidum et niva- 30
 lem nanti diem cum se ignibus prius, oleo quoque fovissent — horribilae dictu —
 c. 13 homines a meridiae et sole venientes nostra nos hieme vicerunt. Tharsymenus lacus 187
 tertium fulmen Annibalis imperatore Flamminio. ars nova Punicae fraudis: quippe
 nebula lacus palustribusque virgultis tectus equitatus terga subito pugnantium invasit.
 c. 14 nec de diis possumus queri: imminentem temerario duci cladem praedixerant insidentia 35
 signis examina et aquilae prodire nolentes commissamque aciem secutus terrae tre-
 mor, nisi illum horrorem soli aequitum virorumque discursus et mota vehementius
 c. 15 arma fecerunt. quartum, id est pene ultimum vulnus imperii Cannae, ignobilis Apu- 188
 liae vicus, sed magnitudine cladis emersit, et sexaginta milium caede parta nobilitas.

H P V *Freculfus* 1, 5, 7 (4 urebat — 7 opulenta), *Paulus h. R.* 3, 7 (14 huius — 18 effudit). —
Mur. p. 231^a v. 16 hoc.

2 annis V cladium] *Florus*, gladium HPV 3 terribillius *Florus* 6 aguntus H velut]
om. Frec. : uetus Flor. (Bamb.) 9 querens P, querent H, quaerent V suorum] *libri et Flor. (Bamb.)*,
ipsorum Flor. (Naz.) 10 oclae P 11 armam HPV 12 fume V^a, some V^b 13 immanem in]
Flor., immanenim HP, immanenin V tum] *HP^b Flor., dum P^a V* 14 autor ann.] *HP, ann. auctor V*
 15 penis HP 16 bellum] *Paulus, bello HPV* 17 bellum bellum] *PV, bellum H Paulus* 19 nam]
 e manu nam V 21 qui id] *Flor. (Bamb.)*, quid id HPV, quid (*om. id*) *Flor. (Naz.)* 25 hac HPV
 26 fagore HP 28 quin P exitum] *HPV Flor. (Bamb.)*, exitium *Flor. (Naz.)* 29 habiturus HP,
 habiturus V treuia] *P, treuta HV* 30 callidissimi P 31 oleoque *Flor.* 32 tharsymenus
 V: tharsymenus *Flor. (Bamb.)* 33 flumen V 37 motu HPV 39 uictus HP sed magni-
 tudine] *PV Florus, ad magnitudinem H*

ibi in excidium infelicis exercitus dux terra caelum dies tota rerum natura consensit. si quidem non contentus simulatis transfugis Annibal, qui mox terga pugnantium caeciderant, insuper callidus imperator in patentibus campis observato loci ingenio, quod et sol ibi acerrimus et plurimus pulvis et eurus ab oriente semper quasi ad constitutum, ita instruxit aciem, ut, Romanis adversus haec omnia obversis, secundum caelum tenens vento pulvere et sole pugnaret. itaque duo maximi exercitus caesi ad hostium satietatem, donec Annibal diceret militi suo 'parce ferro'. ducum fugit alter, alter occisus est, dubium uter maiore animo: Paulum puduit, Varro non desperavit. documenta cladis cruentus aliquamdiu Aufidus: pons de cadaveribus iussu ducis factus in torrente Vergello: modii duo anulorum Chartaginem missi dignitasque aequestris taxata mensura. dubium deinde non erit, quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma quintumque intra diem epulari Annibal in Capitolio potuerit — sicut Poenum illum dixisse Maharbalem Bomilcari ferunt — si Annibal, quemadmodum sciret vincere, sic uti victoria scisset. sed tum quidem illum, ut dici vulgo soled, aut fatum urbis imperaturae aut ipsius mens mala et aversi a Chartagine dii in diversum abstulerunt. cum victoria posset uti, frui maluit relictaque Roma Campaniam Tarentumque perrexit, ubi mox et ipse et ipsius exercitus ardor elanguit, adeo ut vere dictum sit Capuam Annibali Cannas fuisse. si quidem invictum Alpibus indomitumque armis Campani — quis crederet — soles et tepentes fontibus Baiiae subegerunt. permisum est interim respirare Romanis et quasi ab inferis emergere. arma non erant: detracta sunt templis. deerat iubentus: in sacramentum liberata servitia. aegubat aerarium: opes suas senatus in medium libens protulit, nec praeter quod in bullis singulisque anulis erat quicquam sibi auri reliquerunt. aeques secutus exemplum imitateque aequitem tribus. denique vix suffecere tabulae, vix scribarum manus Le vino Marcelloque consulibus, cum privatorum opes in publicum referrentur. quid autem? in elegendis magistratibus quae centuriarum sapientia, cum iuniores a senioribus consilium de creandis consulibus petierunt? quippe adversus ostem totiens victorem, tam callidum non virtute tantum, sed suis etiam pugnare consiliis oportebat. prima redeuntis et ut ita dixerim reviviscentis imperii spes Fabius fuit, qui novam de Annibale victoriam commentus est non pugnare. hinc illi cognomen novum et rei publicae salutare cunctator: hinc illud ex populo, ut imperii scutum vocaretur. itaque per Samnium totum, per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit Annibalem, ut quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur. inde Claudio Marcello duce etiam congredi ausus est, comminus venit et perpulit in Campania sua et ab obsidione Nolae urbis exclusit. ausus est et Sempronio Graccho duce per Lucaniam sequi et praemere terga caedentis, quamvis tum, o pudor, servili pugnaret exercitu — nam hucusque tot mala compulerunt — sed libertate donati de servitute Romanos fecerunt. o horribilem in tot adversis fiduciam, o singularem animum ac spiritum populi Romani. tam artis afflictisque rebus, ut de Italia sua dubitare debuisset, ausus tamen est in diversa respicere, cumque hostis in iugulo per Campaniam Apuliamque volitaret mediamque iam de Italia Africam faceret, eodem tempore et hunc sustinebat et in Siciliam Sardiniam Spaniamque divisa per terrarum orbem arma mit-

H P V. — Mur. p. 231^b v. 17 perrexit.

4 acerrimus <i>HP</i>	6 maximi] <i>Florus</i> , maximae <i>HPV</i>	9 aufidus] <i>Florus</i> , aut fidus <i>V</i> , haud fidus
<i>HP</i>	10 chartagine <i>HPV</i>	12 sicut] si quod <i>Florus</i>
si om. <i>Florus</i>	14 sed] ed <i>V</i> ^a	15 imperatorem <i>H</i>
que romana <i>H</i>	17 ut] et <i>P</i>	20 none erant <i>P</i>
ficere. <i>HPV Florus (Bamb.)</i>	25 referentur <i>H</i>	34 osidione <i>HP</i>
42 orbe <i>PV</i>		35 nolae] <i>Florus</i> , notae <i>HPV</i>
		13 Bomilcaris <i>Florus</i>
		16 possit <i>HPV</i>
		21 in bis <i>V</i>
		24 equitatem <i>V</i>

Florus 2, 6, 33 tebat. Sicilia mandata Marcello. nec diu restitit: tota enim insula in una urbe su- 196
 perata est. grande illud et ante id tempus invictum caput Syracusae quamvis Archi-
 c. 34 medis ingenio defenderentur, aliquando cesserunt. longe illi treplex murus totidemque
 arces, portus ille marmoreus et fons caelebratus Arethusae, nisi quod actenus pro- 4
 c. 35 fuere, ut pulchritudini victae urbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illi 197
 gentium feritas Insanorumque — nam sic vocantur — immanitas montium profuere.
 saevitum in urbes urbemque urbium Caralim, ut gens contumax vilisque mortis saltim
 c. 36 desiderio patrii soli domaretur. in Spaniam vero missi Gneus et Publius Scipiones 198
 pene totam Poenis eripuerunt provinciam. sed insidiis Punicae fraudis oppressi rur-
 sum amiserant, magnis quidem illi proeliis cum Punicas opes caecidissent. sed Puni- 10
 cae fraudis insidiae alterum ferro castra metantem, alterum cum evasisset in turrem
 c. 37 cinctum facibus oppresserunt. igitur in ultionem patris ac patrum missus cum exercitu
 c. 38 Scipio, cui iam grande nomen de Africa fata decreverant, bellatricem illam viris ar-
 misque nobilem Spaniam, illam seminarium hostilis exercitus, illam iam Annibalis
 eruditricem — incredibile dictu — totam a Pyreneis montibus in Herculis columnas, 15
 c. 39 in Oceanum recuperavit. nescias citius an felicius. quam velociter, quattuor anni
 fatentur: quam facile, vel una civitas probat: eodem quidem quo obsessa est, eodem
 die capta est omenque Africanæ victoriae fuit, quod tam facile victa est Spaniae
 c. 40 Chartago. certum est tamen ad profligandam provinciam maxime proficisse singula- 199
 rem ducis sanctitatem, quippe qui captivos pueros puellasque praecipuae pulchritudi- 20
 nis barbaris restitueret, ne in conspectum suum quidem passus adduci, ne quid de
 c. 41 virginitatis integritate delibasse saltim oculis videretur. haec in diversa terrarum po- 200
 pulus Romanus. nec ideo tamen visceribus Italiae inhaerentem submovere poterat
 Annibalem. pleraque ad ostem defecerant, et dux acerrimus contra Romanos Italicis
 c. 42 coque viribus utebatur. iam tamen eum plerisque oppidis et regionibus excussere 25
 Romani. iam Tarentum retulerant, iam et Capua sedis, domus et patria altera Anni-
 balis tenebatur, cuius amissio tantum Poeno duci dolorem dedit, ut inde totis viribus
 c. 43 Romam converteretur. o populum dignum orbis imperio dignumque omnium favore 201
 et admiratione hominum ac deorum! compulsus ad ultimos metus ab incepto non de-
 sistit et de sua urbe sollicitus Capuam tamen non omisit, sed parte exercitus sub 30
 Appio consule relicta, parte Flaccum in urbe secuta absens simul praesensque
 c. 44 pugnabat. quid ergo miramur moventi castra a tertio lapide Annibali iterum ipsos 202
 c. 45 deos restituisse? tanta enim ad singulos illius motus vis imbrum effusa est, tanta
 ventorum violentia coorta est, ut divinitus hostem submoveri non a caelo, sed ab ur-
 c. 46 bis ipsius moenibus et Capitolio videretur. itaque fugit et cessit et in ultimum se 35
 c. 49 Italiae recepit sinum, cum urbem tantam non adoratam reliquisset. || si quidem ab 203
 Spania Hasdrubal frater Annibalis cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole
 c. 50 veniebat. actum est procul dubio, si vir ille se cum fratre iuncisset. sed hunc quoque
 tantum quod ab Alpe descenderat apudque Metaurum castra metantem Claudius Nero
 c. 51 cum Livio Salinatore debellat. Nero in ultimo Italiae angulo submoverat Annibalem: 40

HPV Paulus h. R. 3, 18 (39 apudque Metaurum). — Mur. p. 232^a v. 15 -dibile dictu.

1 mandata] Florus, mandat libri	2 archimediis HPV	3 muros HP	4 arches HPV
8 geus P ^m	9 penis H	10 amiserant H	15 pyreneis] HPV Florus (Bamb.)
Florus	17 est eodem] est Florus	18 omenque] Florus (Naz.), nomenque Flor. (Bamb.), omnemque	
HPV	19 profecisse P	21 restituerit libri	25 coque] HP, quoque V
tulerant] excussieramus, iam Tarentum ad nos redierat Florus		27 ut] et HP	28 populo HPV
urbis HV	31 urbe] libri et Florus (Bamb.)	praeens P ^m	35 capitullo] HP
HPV, totam Florus (Bamb.), tantum Florus (Naz.)		adoratam] HP Florus, adortam (V)	37 spaniam
HPV	38 est] erat Florus	40 lino] Florus, lauo HPV	

JORDANES.

4

- Livius in diversissimam partem, id est in ipsas nascentis Italiae fauces signa conver-
 204 terat. tanto, id est omni qua longissima est Italia solo interiacente quo consilio, qua *Florus* 2. 6. 52
 celeritate consules castra coniunxerint inopinatumque hostem conlatis signis oppres-
 serint neque id fieri Annibal senserit, difficile dictu est. certe Annibal re cognita c. 53
 5 cum proiectum fratris caput ad sua castra vidisset, 'agnosco', inquit, 'infelicitatem
 'Chartaginis'. haec fuit illius viri non sine praesagio quodam fati imminentis prima
 205 confessio. iam certum erat Annibalem etiam ipsius confessione posse vinci. sed tot c. 54
 rerum prosperarum fiducia plenus populus Romanus magni aestimabat asperrimum
 hostem in sua Africa debellare. duce igitur Scipione in ipsam Africam tota mole c. 55
 10 conversus imitari coepit Annibalem et Italiae suae clades in Africam vindicare. quas c. 56
 ille, dii boni! Hasdrubalis cupias fudit! quos Syphacis Numidici regis equitatus!
 quae quantaque utriusque classis castra facibus inlatis una nocte delevit! denique
 206 iam non a tertio lapide, sed ipsas Chartaginis portas obsidione quatiebat. sic factum, c. 57
 ut herentem atque incubantem Italiae extorqueret Annibalem. non fuit maior sub c. 58
 15 imperio Romano dies quam ille, cum duo omnium et ante et postea ducum maximi
 duces, ille Italiae, hic Spaniae victor collatis cominus signis direxere aciem. sed
 et colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis. steterunt diu mutua ammiratione de-
 207 fixi: ubi vero de pace non convenit, signa cecinere. constat utriusque confessione c. 59. 60
 nec melius instrui aciem nec acrius potuisse pugnari. hoc Scipio de Annibalis, Anni-
 20 bal de Scipionis exercitu praedicaverunt. sed tamen Annibal cessit praemium quae c. 61
 victoriae Africa fuit. et secutus Africam statim terrarum orbis.
- 208 Post Africam iam vinci neminem puduit, sed aequo iure ubique subactae. || pri- 2. 7. 1. 6
 mum igitur Levino consule populus Romanus Ionium mare ingressus tota Graeciae
 litora velut triumphanti classe peragravit. spolia quippe Siciliae Sardiniae Africae c. 7
 25 prefererat et manifestam victoriam, quam nata in praetoria puppi laurus pollicebatur.
 aderat sponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum, aderant et Rodii nauticus po- c. 8
 209 pulus, quibus a mari, consul a terris omnia equis virisque quatiebat. bis victus, bis c. 9
 fugatus rex Macedonum, bis exutus castris, cum tamen nihil terribilius Macedonibus
 fuit ipso vulnere aspectu, quae non spiculis nec sagittis nec ullo Greculo ferro, sed
 30 ingentibus pilis nec minoribus adacta gladiis ultra mortem patebant. enim vero Flam- c. 10
 minio duce populus Romanus invios antea Chaonum montes Saumque amnem per ab-
 rupta vadentem et ad ipsa Macedoniae claustra penetravit. introisse victoria fuit. c. 11
 nam postea numquam ausus congregi rex ad tumulos, quos Cynocephalos vocant,
 34 uno ac ne hoc quidem iusto proelio oppremitur.
- 210 In Numidia tunc amici populi Romani regnabant. sed Iugurtha contra se bellum *Ruf.* 4
 movit Romanorum propter necem Aterbalae et Empsalae Mecipsae liberos expugna-
 taque est primum a Metello consule, dehinc a Mario domita. Mauretiam vero Buc-
 211 cho rex tuebatur. sed cum subiectio omnium Maurorum facta est, Iubas rex, quae
 pugnae fuisset occasio, mox superatum se sensit, veneno hausto defecit¹⁾ omnisque

HPV. — *Mur.* p. 232^b v. 15 imperio.

1 diversissimam <i>H</i>	nascentis] <i>Florus</i> , nascentes libri	4 dictum <i>P^aV</i> , dictus <i>H</i>	8 romanos <i>HP</i>
10 cepit <i>HP</i>	14 inhaerentem <i>Florus</i>	16 ducis <i>P</i>	22 sed a. i. u. subactae]
statim Africam secutae sunt gentes <i>Florus</i>	23 grecia <i>H</i>	24 uelut triumphanti <i>HP</i>	sardiniae <i>HPV</i>
25 quam <i>om.</i> <i>Florus</i>	26 rodii] <i>HPV</i>	31 populus Romanus <i>om.</i> <i>Florus</i>	abruptam <i>HP</i> , abruptam <i>V</i>
32 penetrauit] penetrauit <i>Florus</i>	victoriae <i>V</i>	34 ne hoc] <i>V</i> , ne oc <i>P</i> , neo <i>H</i>	proemio <i>HPV</i>
36 aterbalae (-le <i>P</i>) et empsalae mecipsae] <i>HP</i> , aterbalea et empsalem haec ipse <i>V</i> : ob necatos Adherbalem et	37 matello <i>HPV</i>	buccho rex] <i>scripsi</i> , buchoris <i>HPV</i> : a Boccho	
<i>Rufus</i> : similiter scripsit Ariobistonis c. 179, Gentione c. 216	38 sed] sub <i>H</i>	quae] <i>HPV</i> , qui <i>H² recte</i>	

1) sed subacta omni Africa Mauros Iuba rex tenebat, qui in causa belli civilis ab Augusto Caesare vic-
 tus mortem sibi propria voluntate conscivit *Rufus*.

Mauretania Romanis subacta. Tripolis namque et utraeque Maurataniae Sitifensis et Caesariensis similiter Romano iurae, ceterorum formidine tacti, ultro se subegerunt.

cf. c. 182. 198

Spanias quamvis, ut superius diximus, Saguntina cladis ab amicitii Romanorum 212 segregasset, Scipio tamen eos tam gratia quam virtute rursus Romanis coniunxit ||

Ruf. 5 rursusque resistentibus Sylla consul sedavit¹⁾. Celtiberes similiter cum Numantinis 5 adversus Romanos insurgentes Scipio iunior sedavit, conpescuit atque pene subvertit. Cantabri et Astures confisi montium suorum munimine dum resistere moliuntur, ple- 213 nissime demoliti sunt et in provinciam redacti, Tarraconenses Lysitani Gallicii Char- taginisii et Seticaniae contra promuntorium Africae sitae omnes uno pene proelio superatae et in provincias Romanas descriptae sunt²⁾. 10

Ruf. 7 Epyrotae, qui Inlyrico, quamvis cum Pyrrho rege suo contra Italiam conspiras- 214 sent, tamen primum pace molliti, secundo et tertio rebellantes cum Achivis et Thes- salis edomiti Romano iugo subacti sunt. Macedonia namque primum sub Philippum, 215 deinde sub Perseo, tertio sub Pseudophilippo arma contra se provocavit Romana, oppressaque primo a Flamminio consule³⁾, secundo a Paulo, tertio a Metello superata 15 colla submisit Romanaque provincia facta. Illyriam autem Gentione suo rege Ma- 216 cedonibus auxiliantibus vicit Romanorum Lucius praetor et in provinciam redegit⁴⁾. Dardanos Mysosque Curion primum proconsul edomuit primusque omnium Romanorum Danubium amnem usque profectus cuncta eius loca vastavit. Pannonum quoque re- gem in certamine superans idem Lucius redegit in provinciam utrasque Pannonias⁵⁾. 20 Amantinos autem, qui inter Saum Draumque flumina insident, rege eorum interempto ipsa vice Romanam fecit provinciam⁶⁾.

Ruf. 8 Marcomanni namque et Quadi in illa Valeria, que inter Draum Danubiumque 217 interiacet, ab eodem tunc ductore oppressi finesque inter Romanos et barbaros Au- gustas Vindicas⁷⁾ per Noricum Moesiamque dispositae. Daces autem post haec iam 25 sub imperio suo Traianus, Decebalo eorum rege devicto, in terras ultra Danubium, quae habent mille milia spatia⁸⁾, in provinciam redegit. sed Gallienus eos dum regnaret amisit Aurelianusque imperator evocatis exinde legionibus in Mysia conloca-

HPVL (redit 10 et in provincias). Geogr. Rav. 4, 21 p. 221, 1 ad v. 23: Valeriam aliquando Marco- manorum (aliquantas domarcannorum libri) gens obtinuit, sicut testatur . . . Iordanis sapientissimus chrono- graphus. — Mur. p. 233^{v.} 16 -manaque provincia.

2 turae] HP, iure V	4 segressasset H	8 provincia PV	tharconenses PV, tharcanenses
H lysitani] HPV	9 seticaniae] requiritur Baeticani	10 descripta L	12 primam L
achius L	thessaliis] HPV, thessalus L	13 primum] per primum L	sub philippum] philipem
(inde factum sub philippum) L	14 pseudophilippo] perseophilippo L	prouocant L	15 oppressa-
que] oppressa qui L	flamminio] HP, flamininio L, flaminio V	matello HPV	18 missosque
libri: Moesiacos Rufus	curion] H	primul L	19 loca eius L
HPV	23 marcomanni] PL, marcomanni HV	inter draum] intra L ^a	27 redigit V
gal-	lios HV, gallianos P	eos dum] eadem L	28 que] quoque L
			mysia] HPV, mistam L

1) postea ad Hispanos tumultuantes Sylla missus eos vicit Rufus: intellegi videtur M. Silanus Liv. 26, 19.

2) per omnes Hispanias sex nunc sunt provinciae: Tarraconensis, Carthaginiensis, Lusitania, Gallaecia, Baetica, trans fretum . . . Tingitana Mauretania Rufus.

3) Philippum Flaminium . . . oppressit Rufus.

4) Illyrios qui Macedonibus auxilium tulerunt . . . per Lucium Ancium praetorem vicinus et eos cum rege Gentio in deditionem accepimus Rufus.

5) Batone Pannoniorum rege subacto in dicionem nostram Pannoniae venerunt Rufus.

6) Amantinis inter Savum et Draum prostratis regio Saviensis ac secundorum loca Pannoniorum obtenta sunt Rufus.

7) ab Augusta (vel Augustis) Vindelicum Rufus.

8) quae in circuitu habuit decies centena milia passuum Rufus.

- vit ibique aliquam partem Daciam mediterraneam Daciamque ripensem constituit et
 218 Dardaniam iunxit¹⁾. Illyricus autem cuncta per partes quidem et membra devicta ad
 unum tamen corpus apta est, quae habet intra se provincias XVIII et sunt Norici
 duo, Pannonias duas, Valeria, Suavia, Dalmatia, Moesia superior, Dardania, Dacias
 5 duas, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epyros duos, Praevales, Creta, simul XVIII²⁾.
 219 Thracias autem non aliter nisi occasio Macedonici belli fecit adgrederi. diri Ruf. 9
 namque homines omniumque gentium ferocissimi sunt Thraces, quorum saevitiam pa-
 riter habent et Scordisci et Emimontii Asticique³⁾, ob quorum immanitatem Romani
 multa et gravia pertulerunt, crebrisque certatibus exercitus caesus. ad postremum a
 10 Marco Didio et ipsi subacti, et loca eorum in provinciam redacta, iugum excepit Ro-
 220 manum. nam Marcus Drusus intus eos in montibus eorum contrivit, Minucius in
 Ebro amne eorum multos extinxit et vicit. Rodopeni per Appium Claudium devicti
 sunt et civitates maritimas Europae, quae dudum Romanae fuissent et postmodum re-
 221 bellassent, Marcus Romanis subegit Lucullus: si quidem primus in Thracia contra
 15 Bessos pugnans eos qui in fortitudine famaue praeibant devicit⁴⁾ Emimontiosque
 debellans, Pulpudeva, quae nunc Philippopolis⁵⁾, et Vscudama, quae Adrianopolis
 vocitantur, in Romanorum redegit dominio. similiterque capiens et civitates, quae
 litori Pontico inherebant, id est Apollonia Galato Parthenopolim Thomos Istro, om-
 19 niaque loca usque ad Danubium subdens Scythis ostendit Romanorum virtutem.
 222 Hactenus ad partes occiduas: nunc que in Eoa plaga acta sunt percurramus. Ruf. 10
 primum quidem in Asia locum Romani hereditario iure invenerunt. nam Attalus rex
 amicissimus populi Romani humanis rebus excedens per testamentum suum Romanos
 suo in regno heredes constituit: quam pene non ante Romanus populus adiit, nisi
 24 et suo labore vicina loca cepisset, id est Lydia Caria Ellispontu utrasque Frigias.
 223 nam Rodus opinatissima insula et totius Atriae insularum metropolis cum pene om-
 nibus Cycladibus, arma pertimescens Romana, iam dudum se foederatam populo
 illi coniunxerat et nabali bello solacia condonabat. cum quibus Servilius proconsul Ruf. 11
 directus quasi piratico bello obtenuit tamen Pamphyliam, Lyciam Pisidiamque de-
 vicit fecitque provinciam. Bithiniam vero Nicomedis rex moriens testamentali voce
 30 Romanis reliquit.

HPVL. — Mur. p. 233^b v. 28 -ratice bello.

2 iunxit] V, iunxit P, iunxit L, coniunxit H	5 macedonias thessalias P	7 saevitia V, se- uitia PL
8 immanitate PV	10 provincia PV, provincia L	12 ebro] libri rodopeni] libri
13 ciuitate mar. P ^a , mar. ciuitates V	14 thraciam HPV, traciam L	16 uscudama] HP ^b L, uscudama P ^a
17 redigit V	18 galato] libri: calathum, galatum Rufi libri: intellegitur Callatis istro]	
libri	20 plaga acta] P ² L, plagata H ¹ P ¹ V, plaga sita H ²	24 lydia (lidia L) caria ellespontu
(ellispontu P) HPV L	frigias] libri	25 totis P
27 solacia] HPV, solialia L ^a , sotialia L ^b	28 phamphyliam H, pamphiliam VL	26 se om. L
29 provincia P ¹ , provincias P ² V	bithiniam] PVL, bithiam H	nicomedis]
libri	momoriens P	

1) per Aurelianum translatis exinde Romanis duae Daciae in regionibus Moesiae ac Dardaniae factae sunt Rufus: *Daciarum duarum vocabula de suo addidit Iordanes.*

2) *similiter Rufus, nisi quod vocabula superior Dardania ex eius libris hodie notis exciderunt.*

3) Haemimontii Asticique sumpti sunt ex provinciis Rufi quae sunt Haemimontus et Scythia; de Astis ne cogita.

4) Europae maritimas urbes antea Romana classis obtinuit: Marcus Lucullus per Thracias cum Bessis primus confixit Rufus.

5) Eumolpiadam quae nunc Philippopolis dicitur Rufus (cf. Ammian. 22, 2, 2. 26, 10, 4. 27, 4, 12): Graeco nomini apud auctorem invento Iordanes hic et c. 283 substituit id quod apud indigenas obtinebat praetereu non traditum.

Florus 2, 11, 1. 2 Gallogreciam autem, id est Galatiam, || Syriaci belli ruina convolvit. fuit nam- 224
 que inter auxilia regis Anthiochi: an fuisse cupidus triumphi Manlius Visus simula-
 c. 5 verit, dubium est. || duobus itaque proeliis fusi fugatique sunt, quamvis sub adventu
 ostis relictis sedibus in altissimos se montes recepissent. Coloscobegi Olypnum,
 Tectosagi Magaba insederant. utrimque fundis sagittisque detracti in perpetuam se 5
 c. 6 pacem dederunt: sed alligati miraculo quodam fuere, cum catenas morsibus et ore
 temptassent, cum offucandas in vicem fauces prebuissent. nam Orgiacontis uxor a
 centurione stuprum passa memorabili exemplo custodiam evasit revulsumque adulteri
 Ruf. 11 hostis caput ad maritum reportavit. || Deiotarum si quidem amicum senatus praefecit 225
 Galatiae. sed post haec Caesar eos redegit fecitque in provincias. Cappadoces quo- 10
 que sub Epafra rege constituti primum per legatos suos Romanorum amicitias petie-
 runt, dehinc Acuriobarzane rege succedente et a Mitridate expulso ultro se Romano
 servitio dederunt magnamque civitatem suam Mazacam in honore Caesaris Caesa-
 ream appellaverunt. post haec iterum sub Claudio imperatore rex eorum Archelaus
 Romae adveniens quasi amicus populi Romani ibique defunctus testamentali voce 15
 Cappadociam Romanis reliquit et sic iam ex integro in provinciam facta est¹⁾. Pon- 226
 tus a Pompeio devicta cum suo rege Mitridate et facta provincia est. Paflogoniae
 Pylemenis rex amicus populi Romani, a multis dum inquietaretur, Romanorum petiit
 auxilium. se quoque dum de inimicis ulcisceretur, defunctus Romanos per testamen-
 tum heredes reliquit. 20

Ruf. 12 Hactenus intra Taurum: nunc ulterius transgrediamur et quae patriae aut quibus 227
 subiugantibus populo Romano coniunctae sint, memorabimus. Anthiocus Syriae for-
 tissimus rex magnum apparatus belli contra populum Romanum commovit. xxx milia
 si quidem armatorum currusque falcatos quam plures, elefantos innumeros turratos et ad
 instar murale in acie ordine sitos. cui obvians Scipio Africani Scipionis frater in 25
 Asia ad Magnesiam civitatem commissoque proelio Anthiocus victus est, percussumque
 foedus cum Romanis ab Asia discessit et ultra Taurum ex senatus consilio regnare
 permissus est, filiosque eius in obsidato Romae deductos post patris obitum regnare
 genitili loco concessit²⁾. Cilices cum Isauris piratae effecti et in mari magno saepe 228
 latrocinia concitantes a Servilio proconsule victi et prostrati sunt. hic quoque Servi- 30
 lius primus Romanorum Tauri iugum pervium fecit triumphansque de eorum spoliis
 Isauricus Cilicusque vocatus est³⁾.

H P V L.

1 fuit namque] fuerint *Florus* 2 manilius *L* uisus] *libri*, uisos *Flori libri: requiritur* Vulso
 4 coloscobegi] *Florus (Bamb.)*, coloscobegit *libri: requiritur* Tolostobegi 5 magab^a *P*, magabal *V* 7 of-
 focandas *L* in uices *L* probuissent *P* 9 hostes *HPV* 10 galaciae *V* caesar eos]
 eos cesar eos *L* redigit *V* 11 epafra *L*: epafrae vel africae *Rufi libri: intellegitur* Ariarathes
 rege *om. H* amicitias *L^a* 12 acuriobarzane] *HPV*, acuriobarzabane *L*: Ariobarzanes *Rufus* 13 ma-
 zaca *V*, mathacam *L* 14 archelaus] a. nomine *L* 16 cappodociam *H* intecro *P* prouincia
libri 17 paflogoniam *HPV*, paflogonia *L* 18 pylemenis] *HPV*, pilemens *L* 19 se] sed *L*
 romanus *H* 21 progrediamur *L* 22 sunt *L* memorauimus *H* 23 xxx milia] *libri: tre-*
 centa milia vel quadraginta milia *libri Rufi* 24 elefantos *H* et *om. L* 25 murale] *HPV*,
 mirabile *L* 26 asiam *L* cummissoque *H* 28 filiumque *L* obsidatorum aede ductos *H*
 30 concitantes] exercentes *L* proconsule] consule *H*

1) cum Archelaus rex Cappadocum Romam venisset et ibi diu detentus occubisset, in provinciae spe-
 clem Cappadocia migravit *Rufus*.

2) eius filii regnum Syriae sub clientela populi Romani retinuerunt *Rufus*.

3) isque de Cilicibus et Isauris triumphavit itaque Isauricus est cognominatus *Rufus*.

- 229 Cyprum Cato classe navigera directus invasit. negantibus Cypriis habere se ali- Ruf. 13
quid magnas illis opes repperit proscriptionibusque multavit. quod non ferens Gno-
sius rex eorum veneno hausto semet occidit et sic Cyprus Romana facta provincia ¹⁾.
Lybiam, id est Pentapolim, totam a primo illo Ptholomeo Romanis sub libertate con-
5 cessam tamen resistentibus dehinc Appionis consilium Romano populo subdidit ²⁾.
Aegyptus omnis ab amicis Romanorum, id est Lagidis per Ptholomeos possessa. post
haec Cleopatra et Antonius iure proprio vindicantes et se et illa amittunt.
- 230 Montes vero Armeniae primum per Lucullum Romana arma viderunt, per quem Ruf. 14
et in Hosroine Saracinorum filarchi devicti Romanis se dederunt. Mesopotamiamque
10 idem ipse, Nitzebem quoque urbem invasit. post quem Pompeius eadem loca in-
231 grediens Romano confirmavit imperio. Syriam Coelen iusto proelio Tigrane devicto
invaserat ³⁾. Arabaes et Palestini eodem Pompeio ductante devicti sunt.
- 232 Babylonii autem crebro concertantes sepe numero victi, numquam tamen ad in- Ruf. 15
tegrum domiti sunt. quos tamen primum Lucius Sylla proconsul sub Arsacem eorum
15 regem devicit ab eoque rogatus per legatos pacem concessit. secundo dum Lucius
Lucullus a Pontico regno Tigranem Armeniae regem cum decem et octo milibus superatum
expelleret, omnemque Armeniam invasam ad Mesopotamiam venit, ibi Nitziben cum
fratre regis Parthorum cepit, aequa sorte Persidam cupiens devastare, nisi Pompeius
- 233 a senatu directus ei advenisset successor. hic etenim Pompeius ilico veniens, mox Ruf. 16
20 nocturno proelio in minore Armenia super Mitridatem intruens, XLII milia armatorum
eius prosternens castraque succendit ⁴⁾. unde Mitridatis cum uxore et duobus satel-
litibus fugiens Bosforo venit nimiaque desperatione detentus venenum accepit. sed
dum nec sic mors ei accederet, alterum e duobus satellitem rogavit, ut se perimeret.
- 234 Pompeius autem maioris Armeniae regem dum persequeretur, cur Tigrani contra Ro-
25 manos auxilium commodasset ⁵⁾, ille in Artaxata urbe regno deposito ultro diademam
suam Pompeio optulit; sed Pompeius pietate ductus ultro maiorem Armeniam ei con-
cessit regnare, auferens ab eo Mesopotamiam et Syriam partemque Foenicis cum Ar-
menia ⁶⁾. nam Bosforianis Colchisque Aristharcum regem Pompeius praeposuit Alba-
nosque insequens Orodem regem eorum tertio superavit. ad postremum rogatus pacem

H P V L. — Mur. p. 234^a v. 7 amittunt.

2 gnosius] Cyprius Rufus	3 facta] f. est L	4 pemptapolim HP	ptholomeo] P, tholo-
meo H, ptholomeo VL	concessa L	5 appionis] libri et Iord. et Rufi	consilio L
6 laidis L			
ptholomeos] H, ptholomeos P, ptholomeos VL	7 iure] libri	illam L	9 hosroine] libri
saracinorum] HPL, sarracenorum V	flarchi] Rufus, florch libri	mesopotamiaque V	10 nitze-
bem] HPV, nizebem L	13 babylonii HP, babilonti VL	14 lycius sylla HPV, licius sylla L	
arsacem e. regem] HPV, arsacem e. rege L	15 per leg. rog. V	lucullus lucius L	16 tigna-
nae marmeniae H	regem om. HP	17 ad om. L	nitziben] HPV, nuzeben L
21 mitridatis] HP	22 bosforum L	23 dum nec] necdum L	ei mors L
25 commodasset] PVL, commendasset H	diademam suam] HPVL	26 ultra libri	27 foenicis]
HPV, foenicis L	armoenia HV	28 aritharcum] HV, aristarcum L, aritharcum P	

1) (Cyprum) rex foederatus regobat, sed tanta fuit penuria aerarii Romani et tam ingens opum fama Cypriarum, ut lege data Cyprus confiscari iuberetur: quo accepto rex Cyprius nuntio venenum sumpsit . . . Cato Cyprias opes Romam navibus advexit Rufus.

2) Cyrenas cum ceteris civitatibus Libyae Pentapolis Ptolemaei antiquioris liberalitate suscepimus. Libyam supremo Appionis regis arbitrio sumus adsecuti Rufus.

3) Syriae Phoeniciae (libri foenicis vel afanicae) bello a Tigrane Armeniorum rege receptae sunt Rufus.

4) castra eius invasit Rufus.

5) Pompeius auxiliatorem Mithridatis Tigranem Armeniorum regem persecutus est Rufus.

6) cum Armenia om. Rufus.

concessit. Hiberiam similiter cum Artace rege in deditionem excepit. Saracenos Arabasque exuperans Hierosolimam Iudeae captivavit. cum Persis foedus percusso. revertens Dafnensem agrum Antiochenis concessit ob nimiam loci amoenitatem promunere¹⁾.

Florus 3, 11, 2 His et aliis rebus in Syria bene gestis unius foedavit avaritia. nam Crassus consul, dum Parthico inhiat auro, undecim legiones pene cum suo capite amisit.

c. 10. 11 cuius conspectu et filius hostilibus telis effossus et ipse peremptus caputque eius praecisum cum dextera manu ad regem reportatum ludibrium fuit neque indigno: aurum enim liquidum in rictum oris infusum est, ut cuius animus arserat auri cupiditate, eius etiam mortuum et exsanguine corpus auro ureretur. reliqui vero infelicis exercitus, quo quemque rapuit fuga, in Armeniam Celiciam Syriamque distracti vix cladis tantae nuntium retulerunt.

Florus 4, 9
cf. Ruf. 18 Hac ergo clade Parthi altius animos elevantes per Pacorum ducem Syriam invadunt ducemque Labinium, quem dudum ceperant, exercitui praeponentes contra socios, id est Romanos in proelio dirigunt. sed Ventidius Bassus Persas sub utroque duce Syriam populantes superatos effugit Labiniumque interfecit, Pacorum vero regium juvenem telis undique circumseptum extinxit moxque caput eius dempto et circumlato per urbes que disciverant Syriam sine bello recepit. sic Crassianam cladem

lord. Ventidius Pacori caput Labini que morte pensavit. || nec sic contentus populus Romanus manus Crassiano interitu oblivisci nisi adhuc saevit in Parthos. || nam Marcus Antonius in Madianea ingressus contra eos arma commovit, ubi primum eos superans, dehinc, cum duabus legionibus inedia hiemeque corruptus vix in Armenia Parthis sequentibus fugit ibique ereptus est. sub Augusto dehinc Octaviano Armeni cum Parthis commixti per Claudium Caesarem nepotem Augusti ocinus superantur. Armeni si quidem utilius rati Romanorum amicitia reconciliari et proprias sedes incolere, quam cum Parthis coniuncti et sedes perderet et Romanos infestos habere.

lord. Sic quoque dum in partibus orientalium Romanus laborat exercitus, occiduae

Florus 4, 12, 4 plagae infesti sunt. || Norici in Alpibus Noricis habitantes credebant, quasi in rupes et nives bellum non posset ascendere: sed mox omnes illius cardinis populos Brennos Teutonios²⁾ Cennos atque Vendilicos, per eodem Claudio Caesarem Romanus vicit exercitus. quae tamen fuerit Alpinarum gentium feritas, facile est vel per mulieres ostendere, quae deficientibus telis infantes suos adfectos humi in ora militum adversa miserunt. || nec minores his saevitia Illyri pariter accenduntur. contra quos ipse Augustus e vicino egressus pontem, unde aquas transiret, fieri imperavit. dum-

HPVL *Freculfus* 1, 7, 7 (5 unus — 10 ureretur). — *Mur.* p. 234^b v. 20 saevit.

1 deditione P	accepti L	sarracenos L	3 amoenitate PV	5 hia H	6 undecim]
unde cum H, xii <i>Frec.</i>	ammissi HPV	7 effossus] VL, effossus HP ^b , effossus P ^a			8 ludibrium]
HPV, ludibrio L <i>Florus</i>	indigne L	9 liquidum] indignum V	10 exsanguine L		11 quo-
cumque L	fugam L	armenia PVL	celiciam] HP, ciliciam VL	13 pathi HPV	an-
mum L	14 coeperant HPV	16 duces P	superantos H	18 disciuerant] L, disciuerat	
HPV	syria PV	20 interitus L	21 mediana L: Madaena <i>Rufus</i>	22 armenia] H(?) PVL	
23 fugiit P	ereptus] receptus L	24 commixtum L	claudum] similiter <i>Rufus</i>	27 ro-	
manos HP ^a	28 norici] noras qui libri	quasi] quia si L	in rupes et] P ² , inruperet HP ¹ V,		
inruperet L	29 omnis libri	populus HVL	brennus L	30 teutonius libri	uendi-
liccos] libri	claudio] gladio libri	33 illyri] HP, hylliri V, illi L	ascenduntur L	34 augus	
HPV	pontes L	transire HPV			

1) rediens apud Antiochiam Daphnensem lucum delectatus loci amoenitate . . . consecravit *Rufus*.

2) Teutonios non habet *Florus*.

- que aquis et hostibus ad ascensum milites turbarentur, scutum ipse rapuit et viam primus ingressus est. tum agmine secuto cum subruptus multitudine pons succidisset, sauciis manibus et cruribus, speciosior sanguine et ipso periculo auctior terga ostium
- 243 cecidit. Pannonii vero duobus acribus fluviis Drao Savoque vallantur. contra quos Florus 4, 12, 8
- 5 Duennium misit, qui eos plus velociter vicit, quam eorum flumina cursu rapido cur-
- 244 runt. Dalmatae similiter silvis commanentes plurimam partem latrocinando vastabant: c. 10
ad quos edomandos Vibium mandat, qui efferum genus fodere terras coegit aurumque c. 11. 12
- 245 venis repurgare. Moesi vero quam feri, quam truces erant? ut unus ducum ante c. 13. 14
aciem postulato silentio 'qui vos estis'? inquit. responsum est: 'Romani gentium
- 10 'domini'. et ille: 'ita fiet', inquit, 'si nos viceritis'. sed mox ad bellum ventum c. 15. 16
- 246 est, nec classicum audire valuerunt: sic a Marcio superati sunt. Thraces autem c. 17
antea saepe, tunc tamen Romaetalca regnante sibi a Romanis disciscunt. nam is barbaros et disciplina et signis militaribus adsueverat: sed a Pisone perdomiti in ipsa
- 14 captivitate rabiem ostendebant: nam catenas, quibus legati erant, morsibus vellican-
- 247 tes feritatem suam ipsi puniebant. Daciam quoque ultra Danubium sitam exindeque c. 18
saepius Dacos gelato Danubii alveo ad furta in Romania transeuntibus Lentulo misso c. 19
vicit, expulit atque subegit. Sarmatas quoque per eundem Lentulum ultra Danubium c. 20
pepulit. qui nihil aliud ubi degunt praeter nives pruinasque et silvas habent, tantaque
- 10 barbaries in illis est, ut nec intellegant pacem.
- 248 Marmaridas vero et Garamantes in orientali hiemali plaga per Quirinum subegit. || c. 41
- 249 Germanos Gallos Brittones Spanos Hiberes Astures Cantabros occiduali axe iacentes IGN. cf. Flor. 4, 12, 46 sq.
et post longum servitium desciscentes per se ipse Augustus accedens rursus servire coegit Romanisque legibus vivere.
- 250 Cleopatra vero Alexandrinorum regina ex genere Lagidarum Ptholomeorumque Hier. 1970 cf. 1965
25 successor prius contra viri sui Ptholomei insidias Gaium Iulium Caesarem inter-
- pellavit, qui ob stupri, ut perhibent, gratiam regnum eius confirmavit || ipsamque Hier. 1971
in urbem cum magna pompa Alexandriae remisit regnare. || Cassius Iudea capta Hier. 1973
- 251 templum spoliavit. occiso vero in curia Romae Caesare || Octavianus nepus eius Hier. 1974
suscepit Augustus principatum, || quem Antonius dum invideret nihilque laedere Iord.
- 30 posset, urbem Romam ingreditur et ad partes Aegypti quasi Romanae rei publicae provisor accedit. ubi iam viduam a viro regnantem repperiens Cleopatram se quo-
- que cum illa consocians || coepit sibi dominationem parare, nec tacitae, sed patriae Florus 4, 11, 3
nominis togae fascium oblitum totum in monstrum illud ut mente ita animo quo-
- 252 que cultuque desciverat. aureum in manu baculum, in latus acinaces, purporea
- 35 vestis ingentibus obstricta gemmis. diadema deerat, ut regina rex et ipse frueretur. quod Augustus Caesar audiens a Brundisio Calabriae in Epiro, ut eum c. 4

HPVL Freculfus 1, 7, 16 (8 Moesi — 23 coegit). — Mur. p. 235^a v. 27 Cassius.

1 mil. turb. ad asc. L	ipse arripuit L, rap. ipse V	2 subsecuto L	subrutus <i>Florus</i>
multitudinem HPV	successisset L	3 specior L	ipso periculo] <i>Florus</i> , ipse periculi libri
auctior] libri et <i>Florus</i> (<i>Bamb.</i>),	augustior <i>Florus</i> (<i>Nax.</i>)	5 Vinpium <i>Florus</i>	plus velocius L
fluma L	6 saluis L	7 foedere HP, foederet V	cogit L ^a taurumque L
HPV	10 et] at Fr.	inq. fiet V	ulceretis HP, uixceretis V
11 sic] sed L ^a	mar-	12 ante H	romaetalca] HPL, rometalca V
res nante P	sibi om. L ^a	14 catenis HP Fr.	17 sarmatus HP, sarbatas Fr.
18 nil H	21 gallos om. L	brittones] Fr., brittones HPV	occiduli V
22 eecedens V	24 cleopatram	HPVL	reginam L
lacidarum HPL	ptholome-] HV, tholome- P, ptholome-	L hic et deinceps	26 eius] ei L
que om. L ^a	27 al. cum m. pompa L	28 exspoliavit L	30 possit libri
egreditur L	aeg.] reipb. eg. L	31 ubi] ibi (V)	32 cepit HP, caepit L
33 oblitus totus	34 ascinaces L	35 reginam res L	

- a coepta removeret tyrannide, transierat. nam Antonius omne Actiacum litus iam classibus obsedebat. sed mox ubi ad proelium vintum est et Caesaris classe illius
- Florus 4, 11, 8 coepit turbare navigium, prima dux fugae regina cum aurea puppe veloque purpureo
c. 9 in altum dedit. mox secutus Antonius. sed instare vestigiis Caesar, itaque nec prae- 253
parata in oceanum fuga nec munita praesidiis utraque Aegypti cornua Paretonium 5
atque Pelusium profuere. prope manu tenebantur. primum ferrum occupavit Anto-
nius. regina ad pedes Augusti provoluta temptavit oculos ducis. frustra quidem.
c. 10 nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit. nec illa de vita, quae auferebatur,
sed de parte regni laborabat. quod ubi desperavit a principe servarique se triumpho 254
c. 11 cognovit, incautiorem nancta custodiam, in mausuleum se regum recepit ibique maxi- 10
mos, ut solebat, induta cultus in referto odoribus solio iuxta suum se conlocavit An-
4, 12, 1 tonium admotisque ad venas serpentibus sic morte quasi somno soluta est. hic finis
Eutr. 7, 8 bellorum Augusti Caesaris tam cum civibus quam cum extraneis. || sic quoque Augu- 255
stus Caesar Octavianus, quo nullus imperatorum in bellis felicius nec pace moderatior
Flor. 4, 12, 61, 64 fuit, civilissimus in omnibus. || qui ab oriente in occidente, a septentrione in meri- 15
die ac per totum oceani circulum cunctis gentibus una pace compositis Iani portas
Hier. 2029 ipse tunc clausit || et censum Romae cum Tiberio agitans invenit hominum nonagies 256
Luc. 2, 1 trecenta septuaginta milia || omnemque orbem venientis Iesu Christi notu pacatum cen-
Hier. 1974, 2015 seri praecepit || regnavitque ann. LVI. || sed imperii eius secundo et quadragesimo
anno dominus Iesus Christus ex spiritu sancto et Maria virgine deus verus et homo 20
Iord. 1974
cf. Hier. 1974 verus nasci dignatus est. || quattuordecim residuos annos post domini adventum cor- 257
porali praesentia in pace regnans et ipse singularem optenuit principatum et posteris
eandem imperii potestatem cum suo nomine Augusti derelinquens rebus excessit hu-
Eutr. 7, 10 manis, || successorem relinquens Tiberium prevignum suum. 24
Hier. 2030, 2036 Tiberius Augustus Caesar regnavit ann. XXIII. || qui multos reges ad se blanditiis 258
evocatos numquam ad propria regna remisit, in quibus et Archelaum Cappadocum
rege. cuius et regnum, postquam defunctus est, in provinciam verso Mazacam civi-
Hier. 2047 tatem eius de nomine suo Caesaream vocitavit. || huius ergo XVIII anno dominus noster
Iesus Christus sub Pontio Pilato in Iudaea carne passus est, non deitate. 29
Eutr. 7, 12 Gaius Caesar cognomento Caligula || regnavit ann. III menses x. || hic namque 259
Hier. 2053, 2055 Memmium Regulum coegit, ut uxorem suam sibi loco filiae coniugem daret stru-
mentaue matrimonii ut pater conscriberet. haec et his similia perpetrans nec non
Hier. 2054 et in templo Hierosolimitano Iovis statuam per Gaium Petronium statuens¹⁾ || et in Ale-
Hier. 2056 xandria Iudeos per Flaccum Avilium praefectum oppraemens || postremo a protectoribus
suis in palatio Romae occisus est anno aetatis vicensimo nono. 35
Hier. 2057
Eutr. 7, 13 Claudius dehinc huic succedens regnavit ann. XIII m. VIII²⁾. || fecit etiam hic 260

HPVL Paulus et Freulfus 1, 7, 15 (7 regina — 12 soluta est). — Mur. p. 235^b v. 31 strumentaue.

1 a cepta *HPL*, accepta *V* remouere *HPV* anthonius *HV* omnem *HPV*, omnium *L*
2 uinum] *HP*, uinctum *V* classe] *HPV*, classis *L* 3 regina] *Florus*, reginae *HVL*, re signae *P*
4 intrare *P^m* 6 prope] *PVL*, pompe *H* primum] prior *Flor.* occ.] praecoc. *L* anthonius *HP*
7 ducit *P* 8 pudicitiam] (*V*), pudiciam *HPL* offerebatur *Florus* 9 laborabat] cogitabat *L*
11 in ref.] hi referto *in litura V* 12 somnio *HPV* 14 bello *L* 15 occidente] *H(?)PV*, occidente
L meridie] *HPV*, meridiae *L* 18 trecenta] ter(tre)centena *Hier.* omneque *L* notum *L*
23 eadem *HPV* 24 praeuignum *HP*, pra+ignum *V¹*, priuignum *V²L* 27 regem *L* regnum]
HPVL 30 gallicula *L* hinc *P* 31 mennium *L* strumentaue] *HPVL^b*, sturnentaue *L^a*
32 matrimonia ut *HPV*, matromonialia ut *L* similia *L* 35 aetatis] aet. suae *L*

1) Gaius Petronio praefecto Syriae praecepit, ut in Hierusolymis statuam suam sub nomine Iovis optima maxima poneret *Hieronimus*.

2) mens. VIII dieb. XXVIII *Hieronimus*.

- Claudius expeditionem in Britannia insulam, quam nemo ante Iulium Caesarem neque post eum quisquam adire ausus fuerat. exercitum duxit ibique || sine ullo Saet. Cl. 17 proelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulae partem in deditio- Entr. 1. c. cepit. || Orcadas autem insulas ultra Britanniam in oceano positas Romano adiecit im- Suet. 1. c. perio. || ac sexto quo profectus erat mensae Romae repedavit || ibique defunctus est Hier. 2.70 annorum LXIII.
- 261 Nero nepus Gai Caligulae regnavit ann. XIII m. VIII¹⁾. || tantaeque luxoriae fuit, Hier. 2071. 2073 ut frigidis et calidis lavaretur unguentis, || etenim non solum quia non profuit rei Lord. publicae, immo obfuit nimis. || nam duas legiones in Armenia cum ipsa provincia Ruf. 20
- 262 simul amisit, qui Parthico iugo servientes gravem infamiam Romanis dederunt. || iuxta Hier. 2074 omne scelus et parricidium, quod in proprios parentes commiserat, || addidit facinus, Hier. 2080 ut ad instar Troiae Romam incenderet || manusque iniciens in Christianos persecutio- Hier. 2081 nem concitat ipsosque doctores fidei Petrum et Paulum in urbe interemit, || alterum Lord. cruci figens, alterum capite plectens. || eoque cum dedecore regno evulso Galba in Hier. 1. c. 15 Hiberia, Vitellius in Germania, Otho Romae imperium arripuerunt, omnesque tamen celeri interitu perierunt.
- 263 Vespasianus apud Iudaeam ab exercitu in regno ascitus regnavit ann. x²⁾. nam Hier. 2085 relicto filio suo Tito ad expugnationem Hierusolimorum ipse Romae profectus || regna- Lord. 19 vit in pace.
- 264 Titus filius Vespasiani idemque Vespasianus, debellator Iudaeae gentis, regnavit Hier. 2095 et ann. duobus mensibus duobus. || hic namque secundum Ioseppi fidem undecies cen- Entr. 7. 21 tena milia Iudaeorum fame et gladio interemit et alia centum milia captivorum pu- Hier. 2086 blice vendidit. tantam multitudinem in Hierosolymis autem paschalis festivitas adu- 24 naverat.
- 265 Domitianus frater Titi, filius Vespasiani, regnavit ann. xv m. v || tantaeque fuit Hier. 2097. 2102 superviae, ut se dominum ab omnibus primum appellari praeciperet || multosque nobi- cf. 2107 lium exilio relegans nonnullosque occidens || de substantiis eorum aureas argenteasque Hier. 2107 sibi statuas fecit. || manusque in Christianos iniciens, Iohannem apostolum et euange- Lord. listam, postquam in fervente oleo missum non potuisset extinguere, || Pathmo eum insu- Hier. 2110 lam exulem relegavit, ubi apocalypsim vidit. || cuius crudelitatem non tolerantibus Romani Hier. 2112 in palatio Romae interficere statuerunt || omniaque quod constituerat inritum fore. Hier. 2113
- 266 Nerva admodum senes regnavit anno uno m. IIII. qui ut privata vita lenis, lenior fuit in regno nec quicquam profuit rei publicae, nisi quod Traianum se vivente elegit.
- 267 Traianus pene omnium imperatorum potior regnavit an. XVIII m. VI. || hic enim Hier. 2114 et Entr. 8. 2 de Dacis Scythisque triumphavit || Hiberosque et Sauromatas Osroenos Arabas Bosfora- Hier. 2117 nos Colchos edomuit, postquam ad feritatem prorupissent. Seleuciam et Tesifontem Hier. 2118
- 268 Babyloniamque pervasit et tenuit. nec non et in mari rubro classem, unde Indiae

HPVL Paulus h. R. 7, 15 (13 ipsosque — 14 plectens). — Mur. p. 236^a v. 37 Indiae.

1 brittania] HPVL insula L 2 audire HPV 3 hac H deditio HPV 4 or-
 catas P, arcadas V 7 galigulae V, galliculae L tantaque L lucuriae L 8 unguentis is
 libri etenim] enim L 10 ammisit H 12 instrar P inies L 13 urbem L 14 cruce P
 16 celeri om. V 17 iudicem V in om. L 18 suo om. L regnat L 20 vespasiani
 HP 21 iosephi L 25 vespasiani HP 26 praeciperet] P, praeciperit H, pr(a)eciperit VL
 29 oleo missum] dolio L 31 omniaque quod] HPV, omniaque quae L: senatus decrevit, ut omnia quae
 Domitianus statuerat in irritum deducerentur Hier. fore] fortasse scr. fecere 33 sequente (?) H
 34 XVIII] xiiii Hieronymus 36 colchos L et tesi fontem HPV, et thesifontem L, et esifontem
 Hieronymi libri quidam, ctesifontem reliqui: similiter variant libri apud Rufum c. 21 37 babyloniamque H

1) m. VII d. XXVIII Hieronymus.

2) a. VIII m. XI d. XXII Hieronymus.

- IGN. Hier. 2132 fines vastaret, instituit || ibique suam statuam dedicavit¹⁾ || et post tot labores apud Seleuciam Isauriae profluvio ventris extinctus est anno aetatis LXIII. ossaque eius in urna aurea conlocata et in foro sub columna posita solusque omnium imperatorum intra urbem sepultus. 4
- Hier. 2133 Adrianus Italicae Spania natus consubrinae Traiani filius regnavit ann. XXI. hic 269
- Hier. 2152 pene nil profuit rei publicae, nisi quod dudum subversas Alexandriam || et Hierusoly-
 Hier. 2134 mam propriis reparavit expensis || nonnullisque in locis publica relaxavit tributa. ||
 Hier. 2152. 2150 Hierusolimam si quidem suo de nomine Eliam appellans nulli Iudaeorum ingredi per- 270
 Ruf. 20 misit. || nam claret eum invidum factis Traiani, quia mox ei successit, ilico nulla fa-
 ciente necessitate exercitum ad se revocans Mesopotamiam Assyriamque et Armeniam 10
 Persis reliquid, Eufратem fluvium finem terminumque inter Parthos Romanosque con-
 IGN. Hier. 2153 stituens. || quo regnante Aquila Ponticus scripturas de Hebreo transtulit²⁾. || Adrianus
 morbo apud Baias faciente obiit.
- Hier. 2154 Antoninus cognomento Pius cum suis liberis Aurelio et Lucio regnavit ann. XXII 271
 m. III. || et si non profuit quicquam Antoninus, nullam tamen lesionem eius res pu- 15
 cf. Eutr. 8, 8 blica sensit. || defunctus est duodecimo urbis miliario, in villa sua Lorio nuncupata,
 Hier. 2176 anno aetatis septuagesimo sexto.
- Hier. 2177 et Eutr. 8, 10 Marcus Antoninus, qui et Verus, et Lucius Aurelius Commodus affinitate coniuncti 272
 Ruf. 21 aequo iure imperium administraverunt. || e quibus iunior contra Parthos arma movens
 magna egit et fortia Seleuciamque urbem eorum cum quadringenta milia pugnatorum 20
 Hier. 2189 cepit, e quibus cum magna gloria triumphavit. || senior vero multis bellis sepe inter-
 Hier. 2185 fuit sepiusque per duces suos triumphum revexit, maxime de gente Quadorum. || sed
 Hier. 2195 unus in Alteno apoplexiam passus defunctus est, || alter in Pannonia morbo periit.
- Hier. 2196 Commodus, filius Antonini, regnavit ann. XIII magnumque triumphum de gente 273
 Hier. 2208 revexit Germanica || et post haec in domo Vestiliani strangulatus defecit. 25
 Hier. 2209 Helvius Pertinax maior sexagenario cum praefecturam ageret, ex senatus consulto 274
 imperator creatus regnavit m. VI. hic etenim obsecrante senatu, ut uxorem suam
 Augustam filiumque Caesarem appellaret, 'sufficere', inquit, 'debet, quod ego ipse
 IGN. Hier. 1. c. 'invitus regnavi, cum non merer'. || nimis aequissimus omniumque communis, || quem
 Iulianus iuris peritus in palatio eius peremit ipseque postea a Severo occisus est. 30
- Hier. 2210 Severus genere Afer Tripolitanus, regnavit an. XVIII ultusque occisionem Per- 275
 Hier. 2214 tinacis in Iuliano, se quoque Pertinacem appellavit. || hic etenim Parthos et Adiabennos
 contra Romaniam insurgentes mirabiliter superavit. Arabas quoque interiores ita ce-
 cidit, ut regionem eorum Romanam provinciam faceret. sic quoque triumphans Par- 34
 IGN. thicus Arabicus et Adiabennicus dictus est. || hoc regnante Samaritis quidam Symma- 276

HPVL.

1 postot P	seleuciam H	4 urbe H, urbes V	6 nihil V, nichil L	7 propriis] publicis
Hieronymus	expansis L	relavit V ^a	8 si quidem om. L	de om. L
HPV, app. heliam L	9 ilico om. L	10 se] re L	11 eufraten VL	13 facitnte (sic) H
14 antonius H, anthonius P ^a , anthoninus P ^b	15 anthoninus HPV L	16 est] est autem L	sua]	
sau V	17 sexto]	septimo Hieronymus post sexto add. reg añ. xiiii m. i HPV: cf. ad p. 36, 16		
18 anthoninus H ^a P	19 adm.] diuiserunt L	20 quadringenta milia] HPV, quadrainta milia L: cum quadringentis, quadragentis, quadrantis millibus libri Rufi	21 cepit] Rufus, accepit HPV L	prava geminatione
25 germanita L	26 sexagenario]	septuagenario Hieronymus	ex] et P	29 non om. L ^a
merer] HPV, mererer L	recte puto	31 uultusque V	32 in om. L	adiabennos] HPV, adiabenos L
33 romaniam] HPV, romanam L	isurgentes P	alabas L ^a	35 adia-	bennicus] HPV, adiabenus L

1) Eius statuæ reliqui auctores non meminerunt.

2) cf. Epiphanius de mens. et pond. p. 169^d Petav.: οὗ τινος (Hadriani) τῆς δωδεκάτης ἔτει Ἀκώλας ἔγνωρίζετο. Isidorus chron. 76, 3.

- chus Iudaeorum factus proselitus item divinas scripturas ex Hebreo sermone Graeca lingua transfudit suamque condidit editionem¹⁾. post quem pene tertio anno secutus Theodotion Ponticus item suam in eodem opere editionem scripturarum composuit²⁾. ||
- 4 Britannicum bellum exortum, || unde Severus mirabiliter triumphavit. Hier. 2221 Iord.
- 277 Antoninus cognomento Caracalla, filius Severi, regnavit ann. VII. || nam ideo hoc Hier. 2227. 2229 nomen nactus est, eo quod eiusdem vestium genere Romae de manubiis erogans sibi nomen Caracalla et vesti Antoniana dederit. || sub hoc iterum editio scripturarum IGN. divinarum, quam quintam nominamus, in Hiericho in doleo reperta est³⁾. || hic etenim Ruf. 21
- 9 imperator, dum contra Persas movit procinctum, Osroene Edessa defunctus est.
- 278 Macrinus praefecturam agens praetorianam imperator creatus est regnavitque anno Hier. 2234 uno occiditurque Archilaide.
 corporis debilitate signis, eques tamen in bello acerrimus, dum peremptus fuisset,
 10 omnes Isauri fugierunt atque dispersi sunt et devicti et perquaquam exilio relegati
 356 urbesque eorum nonnullae solo usque prostratae³⁾. variis namque sub Anastasio milis
 proeliis fatigatus et nunc || Illyrico cum Saviniano et Mundone ad Margum⁴⁾, nunc Marc. auctus
 cum Pompeio ad Adrianopolim⁵⁾, nunc cum Aristo ad Tzortam⁶⁾, nunc cum Parthis in
 14 Syriam⁷⁾, ut omittam intestina clade et pugnas in foro regiae civitatis⁸⁾, ad postremo
 357 contra Italiam plus piratico quam publico Marte concertans⁹⁾, frustratus est. || sed et
 quod plus fuit dolendum, contra ultimum suum famulum Vitalianum de Scythiam per
 sex annos civile bellum extraxit. is si quidem Vitalianus cum LX milibus armatorum
 tertio pene non rei publicae sed regi infestus accedens multa suborbana regiae urbis
 358 praedis spoliisque adtrivit¹⁰⁾. || contra quem dum Hypatius nepus Caesaris cum exercitu IGN.
 20 numeroso pugnaturus egreditur, ante ab Hunnis auxiliariis capitur et Vitaliano mula in-
 sedens turpiter venditur, antequam aperto proelio parte adversa sese inimicum osten-
 deret. post quem item Rufinus Alathortque mag. mil. saepe superati, saepe inrasi
 359 ab eo et sprete sunt. sic quoque diversis partibus inimicorum vallatus agminibus
 Anastasius saepe congemit nullique tamen meruit inimicorum suorum vindictam

HPV S (3 Anastasius — 4 m. ii) L Freulius 2, 5, 19 (2 Zenon — 4 ann. xxvii; a 23 diversis). —
 Mur. p. 240^b v. 7 -stra metati.

1 tabuerunt] *Marcellinus*, statuerunt libri 3 exilentialio L^a 5 illis om. L adiecerat V
 reconcilianis V^a 6 consertoque V^a cotzianum VL^b, cotzanum L^a: cotiaeum, cottiaum libri *Mar-*
cellini: est Cotyaicum, Kotudetov 7 frygiae] HPV^bL, f**giae V^a 8 lilingus L^a, lilinguis L^b, lilingis V
 9 debilitate] H(?)PVL 10 fugierunt] HPV L 12 fatigatis P^a(?) sauiniano] libri 13 pum-
 pelo] HPV, pompeio L nunc cum parthis] L, num parthis HPV 14 intestina clade] HPV L
 postremo] HPL, postremum V 16 quo H 17 extraxit] scripsi, extruxit HPV, extruxit L 18 post
 pene excidisse videtur die congregatis: in triduo congregatorum *Marcellinus* 19 praedis s in litura V^b
 20 cgitur (sic) P hunnis] L, unnis HPV 22 item] iterum L alathorque L magister
 militum libri saepe sup.] sup. et L 24 uicdictam L

1) Leontius rex et Illus tyrannus in Papyrio Isauriae castello capti decollatique sunt. capita eorum —
 tabuerunt *Marcellinus*.

2) dum . . . fraudantur *abouit a Marcellino*.

3) omnesque simul Isauri fugae dediti per montana asperaque loca Isauriam repetunt *Marcellinus*.

4) Sabinianus . . . delegatus contra Mundonem Getam . . . commissoque ad Horreo Margo proelio *cet.*
Marcellinus a. 505.

5) *Alibi non memoratur.*

6) Aristus Illyricianae ductor militiae . . . contra Bulgares Thraciam devastantes profectus est: bellum
 iuxta Zurtam fluvium consertum *cet. Marcellinus a. 499.*

7) *Bella haec enarrat Marcellinus a. 502—504.*

8) *Respiciuntur quae narrat Marcellinus a. 493.*

9) Romanus . . . et Rusticus . . . ad devastanda Italiae litora processerunt . . . inhonestam victoriam,
 quam piratico ausu Romani ex Romanis rapuerunt, Anastasio Caesari reportarunt *Marcellinus a. 508.*

10) Vitalianus Scythia adsumptis Romanorum equitum peditumque plus quam LX milibus armatorum in
 triduo congregatorum in locum qui Septimus dicitur advenit ibique castra metatus est *Marcellinus a. 514.*

- cf. Marc. 494 audire: sicut nec ipse ecclesiae iura servavit¹⁾, immo maerens et furens maior octogenario aetatis anno regnique vicesimo et octavo rebus humanis excessit, contritaque res publica vix Iustino ei succedente quantolum respiravit.
- Marc. 519 Iustinus ex comite scubitorum a senatu imperator electus ann. regnavit VIII²⁾. || qui 360
 mox inhiantes regno suo Amantium praepositum palatii, Andream et Misahel et 5
 Ardaburem cubicularios sentiens affixit. nam Amantium et Andream ferro truncavit, Misahelu et Ardaburem Serdica in exilio misit. Theocritum quoque satellitem Amantii, quem idem Amantius ad regnandum clam praeparaverat, conprehensum carceratumque saxis contusit ingentibus salsumque in gurgite iacuit, sepultura cum impe- 9
 rio, cui inhiaverat, eum privans: || foedusque cum Vitaliano percussit et ad se evoci- 361
 tum magistrum militum praesentis et consulem ordinarium fecit³⁾: || quem rursus in
 suspicionem habens facti prioris xvi vulneribus in palatio cum Celeriano et Paulo satelli- 9
 tibus effosum peremit. || hic quoque imperator ante quarto mense obitus sui, senectute 362
 sua consulens et rei publicae utilitatibus, Iustinianum ex sorore sua nepotem consortem regni successoremque imperii ordinans, rebus humanis excessit. 15
- Iustinianus imperator regnat iam iubante domino ann. XXIII. qui ut sceptris ge- 363
 nio a suo avunculo mancipatus est, || mox Parthos bella moventes destinato exercitu
 IGN. conpescuit et fines proprios tutans || Parthorum saepe multos adflixit. postea vero fa-
 cientibus peccatis in die sabbati sancti paschae inito certamine, exercitui et non ducis
 instinctu in fluvio Eufrate, fugiens Parthos, Romanus numerosus ruit exercitus. Illyri- 20
 cumque saepe ab Herulis Gipidisque et Bulgaris devastantibus per suos iudices fre-
 quenter obstitit viriliterque cecidit⁴⁾. || post haec Hypatium Pompeiumque regni sui in- 364
 sidiatoribus coacta civili manu circum ingressis et Hypatio torque aureo redemito pro
 diademate locoque imperatoris iam occupante, Pompeium vero sub clamidem luricatum
 et iam palatio invadentem, utrumque detentum ante fores palatii captum catenatumque 25
 discussit amputatisque eorum capitibus ante eos fecit imperium perdere quam haberent.
 sociosque eorum, qui evaserant a caede, proscriptos, veluti grande hoste prostrato
 de manubiis triumphavit. || eodemque anno post diuturnum immanemque laborem, 365

H P V S (4 Iustinus — VIII; 13 hic — 16 ann. XXIII) L *Freculfus* 2, 5, 19 (ad 1 servavit). c. 21 (14 consulens — 15 excessit). — *Mur.* p. 241^a v. 22 -peiumque regni.

1 audire* P et furens] H²P²V²L, effurens H¹P¹V¹ octogenario L 4 scubitorum] libri:
 id est excubitorum imperator] *Marcellinus*, imperio HPV, in imperio SL 5 palatii L 6 trun-
 cavit] trucidavit L 7 ard.] ard. cubicularios (cu add. m. 2) L sardica L 8 amantius] P *Mar-*
cellinus, amantium HVL clam om. L^a 9 contusit] HPV, contulit L(?) salsoque in gurgite
 iacuit, sepultura quoque cum imperio cui inhiarat caruit *Marcellinus* 12 paula P satellibus V
 13 perimit libri 16 iustinianus V sceptris genio] PV, susceptris genio H, sceptris regis (regis L^b) L
 17 auulculo L 18 saepe] P, saepe H 19 sanctam P, sanctum V, scm HL exercitui] HPV,
 exercitus SL 20 illyricumque] illiricum L 21 gipidisque] HPV, gepidisque L 23 coacta]
 scripsi, cumata libri torque L 24 diademate] ***demate V^a clamidem] HPV, clamide L
 lucatum P^a 25 palatio] palatium L 27 ad cedem L grande] libri 28 eodem quo-
 que L diuta*num P^a

1) Anastasius imperator contra orthodoxorum fidei malestatem intestina coepit proelia commovere *Marcellinus* a. 494.

2) Iustinus a senatu electus imperator *Marcellinus* a. 519. Decessit anno imperii VIII mense II *idem* a. 527.

3) Vitalianus Scytho Iustini principis pietate ad rem publicam revocatus Constantinopolim ingressus est septimoque receptionis suae die magister militiae ordinatus *Marcellinus* a. 519.

4) Mundo Illyricanae utriusque militiae ductor dudum quidem Getis Illyricum discursantibus . . . eos . . . haud paucis eorum interemptis fugavit . . . *idem* dux . . . in Thraciam quoque advolans praedantes eam Bulgares felicioris pugna cecidit quingentis eorum in proelio trucidatis *Marcellinus* a. 530.

quod contra Parthos Romanorum fuisset gestum sudoribus, per Rufinum patricium perque Hermogenem magistrum officiorum et utrumque legatum directum a principe pax depicta est foedusque initum et munera ab utroque sibi invice principe disti-
 366 nata. || mox quoque soluto de Orientali parte exercitu eundem ductorem, quem dudum ^{Get. 171} ^{cf. Marc. 534}
 5 Orienti transmiserat, elegit Belesarium, cui numerosos fortissimosque milites deputatis ad australem plagam contra Vandalos mittit. quo favente deo qua venerat facilitate, ea celeritate Vandalos superavit, Lybiamque ad corpus totius rei publicae iungens, Gelimer regem opesque Chartaginis in urbe regia principi spectante populo optulit. || cuius notu remuneratus consulque ordinarius mox designatus, de manubiis Vandalicis ^{IGN.}
 10 Belesarius triumphavit.
 367 In Italia vero Theodorico rege defuncto Athalaricus nepus eius ipso ordinante ^{Get. 304}
 successit, octo annos quamvis pueriliter vivens matre tamen regente Amalasuētha ^{c. 305}
 368 degebat, quando et Gallias diu tentas Francis repetentibus reddidit. mortuoque ^{c. 306}
 Athalarico mater sua Theodahadum consubrinum suum regni sui participem faciens
 15 non post multum ipso iubente occisa est. et quia dudum se suoque filio commē- ^{c. 307}
 daverat principi Iustiniano, is mortem eius audiens doluit nec passus est inultum transire. sed mox eundem ducem belli, qui Poenorum domitor fuerat et de opibus Vandalicis triumphans adhuc in fascibus erat, agmini diversarum praeponens na-
 369 tionum ad partes Hesperias destinavit. qui primo accessu mox Siciliam pervadit ^{c. 308}
 20 duce eius Sinderith superato: || ubi dum aliquantum temporis ob ordinandam pa- ^{IGN.}
 triam resederet, conperit in Africa civilia bella intestinoque proelio dibacchari. nam ^{cf. Marc. 535}
 Stotzas pene ultimus militum et Martini clientulus mag. mil., tyrannidem arripiens auctorque seditiosorum effectus Cyrillum Marcellum Faram aliosque diversos iudices
 24 dolo peremptis in duce Solomone saeviebat totamque Africam tyrannico ritu vasta-
 370 bat. emenso ergo Belesarius a Sicilia in Africa pelago solita felicitate, rebelles fugat, provinciam liberat Solomonemque rursus Chartagine conlocans Siciliam redit¹⁾. || ubi mox Evermud Theodahadi Gothorum regis gener, qui contrarius cum exercitu ^{Get. 305}
 venerat, cernens prosperitatem consulis ultro se ad partes dedit victoris hortaturque, ^{c. 309}
 ut iam anhelantem suique adventui suspectam subveniret Italiam. || constructo ergo ^{IGN.}
 30 Belesarius exercitu et tam navali quam equestri agmine ductans, vallavit Neapolim ^{cf. Get. 311}
 paucisque diebus eam obsidens per aquaeductum noctu invasit et tam Gothi qui
 371 aderant quam Romanis rebellantibus interfectis urbem plenissime spoliavit. quod

H P V S (a 4 mox) *L Frecculfus* 2, 5, 21 (a 3 pax).

1 gentum <i>P</i>	2 a principem <i>HPV</i> , ad principem <i>L</i>	3 depicta] <i>id est</i> depacta: depacta <i>Mar-</i>
<i>cellinus</i>	numera <i>V</i>	invice] <i>HPV</i> , inuicem <i>L</i>
deputatos <i>L</i>	6 uand- <i>L semper</i>	7 lybiamque <i>PVS</i> , libiamque <i>L</i>
om. <i>L</i>	12 regente] <i>HPVS</i> , regnante <i>Fr.</i> , om. <i>L</i>	9 notu] <i>libri</i>
Amalasuētha <i>Fr.</i>	13 egebat <i>L</i>	11 rege
<i>L</i> , theodabaldum <i>S^a</i> , theodabadum <i>S^b</i>	14 Theodoadum <i>Fr.</i> et sic semper, theodatum	
16 principis <i>L</i>	iustiniani <i>P</i>	15 suumque filium <i>L</i> , cum filio suo <i>Fr.</i>
<i>L</i>	18 nascibus <i>S</i>	16 inultam <i>Fr.</i>
17 paenorum <i>HPS</i> , peno-	20 ducem <i>L</i>	22 magistro militatum <i>libri</i>
23 se-	21 sinderit <i>L</i>	24 peremptos <i>L Fr.</i>
ditiorum <i>L</i>	23 duce solomone] <i>PVS</i> , duce salomone <i>HL</i> , ducem Solomonem <i>Fr.</i>	25 emense ergo belegarius <i>H</i>
saeviebat] fouebat <i>L</i>	africa <i>SL</i>	africa] <i>HPVL</i>
26 solomo-	27 euermuth <i>V</i>	28 solomone] <i>libri</i>
nemque] <i>libri</i>	rursus <i>L</i>	29 anhelante <i>V</i>
suique . . . italiam (italia <i>P</i>) suoque aduentu suspectam ueniret ad Italiam <i>Fr.</i>	30 ductans] <i>SL</i> , ductens	
<i>HPV</i> , om. <i>Fr.</i>	31 nocte <i>L Fr.</i>	32 interfecti <i>V</i>

1) (Belesarius) ibi (in Sicilia) comperiens, quod in Africa civile bellum exoritur et miles in proprium ducem insurgit, cum paucis ad Africam tendit: Solomoni qui praerat subvenit: exercitum vero partim blandiendo, partim ulciscendo, inimicum tyrannum effugando rei publicae consultit utilitati remensque navigio Trinacriam redit *Marcellinus a. 535*.

IGN. Theodahadus animadvertens, Vitiges unum inter alios ductorem exercitus praeponens
 cf. Get. 310 contra Belesarium dirigit. qui Campania ingressus mox ad campos venisset Barba- 372
 ricos, ilico exercitus favore, quod contra Theodahadum suspectum habebat, excepit,
 et 'quid', inquit, 'vultis?' ad illi: 'tollatur', inquit, 'de medio, qui cum sanguine
 'Gothorum et interitu sua cupit scelera excusari'. factoque impetu in eo consona voce 5
 Vitigis regem denuntiant. at ille regno levatus, quod ipse optaverat, mox populi vota
 cf. Marc. 536 consentit, directisque e sociis Theodahadum Ravenna revertentem extinguit. regnoque 373
 suo confirmans, expeditionem solvit et privata coniuge repudiata regiam puellam
 cf. Get. 311 Maathesuentam Theodorici regis neptem sibi plus vi copolat quam amori¹⁾. dumque
 ille novis nuptiis delectatur Ravenna, consul Belesarius Romanam urbem ingressus 10
 est exceptusque ab illo populo quondam Romano et senatu iam pene ipso nomine
 cum virtute sepulto confestim vicina occupat loca urbium oppidorumque monimina.
 cf. Get. 312 primaque Getica congressione Hunnila ductante Perusinum ad oppidum superat et 374
 plus quam septem milibus trucidatis reliquos Ravennam usque proturbat. secundo
 vero ipso Vitigis Romanas arces vallante congregitur machinasque illius et turres, 15
 quibus urbem adire temptabat, igne consumptis per anni spatium quamvis inaequa
 cf. Get. 313 laborans deludit. post haec ad Ariminum persecutus exindeque cum effugatum Ra- 375
 venna clausum in deditionem suscepit, atque unus consul dum contra Getas dimicat,
 cf. Marc. 539 pene pari eventu de Francis, qui cum Theodeberto rege suo plus ducenta milia ad-
 venerant, triumphavit. sed quia ad alia occupatus alibi noluit implicari, rogantibus 20
 Francis pacem concessit et sine suorum dispendio de fines Italos expulit²⁾ sumptoque
 cf. Marc. 540 rege et regina simulque et opes palatii ad principem qui eum miserat reportavit. ||
 Get. 313 sicque intra pauci temporis spatium Iustinianus imperator per fidelissimum consulem
 duo regna duasque res publicas suae ditioni subegit. 24
 IGN. Quod Parthus conperiens facibusque invidiae exardescens in Syriam movit pro- 376
 cf. Marc. 540 cinctum, et Callinicum Soras Neocaesariamque devastans Anthiochiam venit. ubi
 Germanus patricius cum Iustino filio suo eodemque consule postquam ab Africana
 provincia remeasset, dum adventum Parthorum obviare nequit, relicta urbe ad partes
 secessit Ciliciae. Persi vero vacuum ab exercitu Anthiochiam nacti³⁾ populumque per

H P V S (ad 24 subegit) *L Freulfus* 2, 5, 21 (ad 3 ilico, item a 5 consona). — *Mur.* p. 241^b v. 2 Belesarium.

1 theodatus <i>HPVSL</i>	uuitiges <i>L</i>	2 qui] qui cum <i>Fr.</i>	campania] <i>HPVS</i>	3 fauore]
<i>HPVSL</i> theodatum <i>L</i>	habebant <i>HSL</i> , abebant <i>PV</i>	6 rigno <i>P^a</i>	eleuatus <i>L</i>	7 theo-
dohadum <i>Fr. hic</i> , theodaadum <i>L</i>	rauenna] <i>HPVSL</i>	9 maathesuentam] <i>HPVS Fr.</i> , mathesuentam <i>L</i>		
amori] <i>HPVS</i>	12 monimina] <i>HPVS</i> , nomina <i>L</i>	13 congr. get. <i>L</i>	superant <i>S</i>	14 se-
cunda <i>S^a</i>	15 uero] uero cum <i>P² Fr.</i>	ipso] <i>bis P¹</i>	illius <i>om. L</i>	17 arimum <i>V</i> , arma-
num <i>S</i>	que <i>om. Fr.</i>	18 deditione <i>S</i>	gestas <i>HPV</i>	19 theodeberto (<i>V</i>) <i>Fr.</i>
ducenta <i>P</i> , ducento <i>L</i>	aduenerunt <i>L</i>	21 duorum <i>L</i>	Italicis <i>Fr.</i>	22 palatii] latii <i>H</i>
24 puplicas <i>L</i>	dicionis <i>HP</i> , ditioni* <i>V</i> , ditioni <i>SL</i>	25 fascibusque <i>HPV</i>	26 callicium <i>L</i>	

Sura intellegitur

1) (Vitiges) expeditione soluta Romam ingreditur . . . ibique residens dirigit Ravennam. Theodatum occidit . . . Ravennamque ingressus Matesuentham neptem Theodorici sibi sociam in regno plus vi copulat quam amore *Continuator Marcellini a. 536. auctor in his non tam ex Geticis suis hausit quam ex ipsis annalibus.*

2) Theudibertus Francorum rex cum magno exercitu adueniens Liguriam totamque deprædat Aemiliam . . . exercitu dehinc suo morbo laborante ut subveniat, paciscens cum Belisario ad Gallias revertitur *Continuator Marcellini a. 539. Iordanes quae his respondent atque unus — expulit sumpta ex Marcellino interposuit post tempus inter verba in deditionem suscepit, sumptoque rege cet., quae cohaerent sumpta ex Geticis.*

3) Parthi in Syriam ingressi multas urbes subvertunt. contra quos Germanus arma arripiens Iustinum filium eundemque consulem in ipsis fascibus secum ducit. Antiochia magna deprædatur a Persis *Continuator Marcellini a. 540.*

JORDANES.

7

- Orontis alveum ad Seleuciam maritimam cum militibus mixtis fugientem aspiciunt nec secuntur, sed preda per urbem certatim diripiunt vicinasque urbes et oppida partim invasa partim pecuniae quantitate multata praetereunt et totius Cylesyriae bona sibi
- 377 unius in anni spatium pene Parthus adsumit. nec sic quoque recedit, sed iugiter ad-
- 5 versum Romanam rem publicum dimicat. contra quem Vandalicus Geticusque consul *cf. Marc. 541*
- solite distinator¹⁾, qui etsi non ut reliquas gentes eum edomuit, tamen ut intra suos *et Get. 315*
- se fines recolleret compulit, fuissetque et de hac gente felici duci parta victoria, ni clades Italiae, quae post eius discessum emergerat, celerem ei successorem dedisset
- Martinum. qui etsi viribus impar, consilio tamen quamvis cum Constantiano coniuncto *cf. Marc. 546*
- 10 non minor, dum resisti contra Parthos non praevaleret, ne bella diu teneret, pacem effecit²⁾.
- 378 Cladem vero quam diximus in Esperia plaga ut liquidius lector cognoscat, apertius memorabo. egrediente Belesario consule ab Italia et ut diximus, rege *cf. Marc. 540*
- regina opesque palatii ad principem reportante Gothi, qui trans Padum in Liguria
- 15 consistebant, recrudiscentes animos ad bella consurgunt et ordinato sibi regulo Helde-
- bado militi existunt adversi: contra quos dum non unius, sed diversorum temptat
- varius apparatus, illi fortiores effecti persistunt annique spatio vix emenso Helde- *cf. Marc. 541*
- 379 badus interficitur et loco eius succedit Erarius: qui et ipse vix anno expleto peremp- *cf. Marc. 542*
- tus est et in regno. malo Italiae Baduila iuvenis nepus asciscitur Heldebadi. qui mox
- 20 et sine mora Faventino in oppido Emiliae soli proelio commisso Romanum superavit
- exercitum: et nec diu post haec item per suos ad Mucellos annonariae Tusciae felicitate dimicans iudices fugat, exercitum partim donis, partim blanditiis sibi consociat
- totamque Italiam cum ipsa Roma pervadit omniumque urbium munimenta destruens³⁾,
- 380 cunctos senatores nudatos demolita Roma Campaniae terra transmutat⁴⁾. contra quem, *IGN.*
- 25 ut superius diximus, Belesarius de Oriente diregitur cum paucis⁵⁾, ratus omnem *cf. Marc. 545*
- exercitum, quem demiserat, integrum reperire. et ideo postquam Ravenna ingressus est nec cum quibus ei obviaret invenit, remensoque Adriatico mare Epiro revertitur, ubi Iohannes et Valerianus ei coniuncti, dum in contiones et iurgia concertant,
- Totila qui Baduila hostile opus in Italia peragit. Belesarius quoque inpatiens tantae *cf. Marc. 547*

HPVS (a 12 Cladem) L *Freculfus* 2, 5, 21 (ad 7 compulit). 2, 5, 23 (a 13 egrediente). — *Mur. p. 242^a*
v. 13 -lla et ut.

1 seleuciam P	3 cylesyriae] HPV, cilicie siriae L	4 in unius L	spatio L	parthos HPV	iugiter H	aduersam L	6 soli L	distinator HPV	tamen ut] tamen L
nta L ^a	7 recolligere L	8 emergerat L	dedissent L	9 constantino L	12 lectur H				
13 et om. L	rege regina] HPVSL	14 reportantem L	15 animus H, animo L	eldebado					
HPS, Hildebado Fr.	16 militi] libri	non unius] nonus H	17 hildebadus L	18 errarius					
P	19 eldebadi HPL	20 et om. L	fabentino L	21 item om. L	a mucellos L				
24 demolita roma] H(?)PVLS	26 rauenna] HPVVS, rauennam L								

1) Parthis persistentibus inimicis Belisarius Orientis suscepit expeditionem Germano regresso ad urbem regiam *Continuator Marcellini a. 541.*

2) in Oriente cum Parthis foedus initur per Constantianum magistrum militiae *Continuator Marcellini a. 546.*

3) Gothi Erario rege occiso Totilam in regnum manciparunt. qui malo Italiae mox Padum transit et ad Faventiam Aemiliae civitatem Romanorum exercitum superat, duces effugat, Caesenam et Vrbinum, Montem Feretris et Petra pertusa occupat, huc illucque discurrens devastat Italiam. rursus in annonaria Tuscia ad Mucellos per Ruderit et Villarid Bledamque duces suos Romanum exercitum superat *Continuator Marcellini a. 542.* Roma vero obsidetur a longe *idem a. 544.*

4) Totila . . . ingreditur Romam . . . ac evertit muros . . . ac omnes Romanorum res in praedam accipit: hos (*scr. mox*) ipsos Romanos in Campaniam captivos abducit *Continuator Marcellini a. 547.*

5) Belisarius de Oriente evocatus . . . rursus remittitur ad Italiam *Continuator Marcellini a. 545.*

crudelitati navali classe a Sicilia solvens, per Tyrreni maris aestum Romano portu
 se recepit statione egressusque ad urbem quam ut destructam et desolatam adtendit,
 condoluit, hortansque socios ad reparationem tantae urbis accingitur. ubi necdum 381
 vallo circumseptus infestum experitur Totilam¹⁾, sed solitis victoriis intrepidus, quamvis
 cum paucis contra eum egressus, sic effugavit, ut plus fugientes Tiberi demergeren- 5
 tur quam gladio caderent. indeque hortatus exercitus regreditur Siciliam, quatenus
 et Romae annonae faceret cupiam et vicinus ad fretum Totilanem turbaret in Cam-
 pania commorantem. sed ut adsolet, rerum mutatio et principum voluntate diversa.
 quiescenti in domino Theodora Augusta evocatur ad urbem Belesarius de Siciliam. 382
 post cuius discessum Totila securus iterata rabie tradentibus Isauris invadit Romam: 10
 et sic sumptis, undique viribus militarique vallatus auxilio ingreditur capitque Siciliam.
 contra quem Germanus patricius dum exire disponit cum exercitu, Mathesuntham 383
 Theodorici regis neptem et a Vitigis mortuo derelictam, tradente sibi principe in ma-
 trimonio sumptam, in Sardicense civitate extremum halitum fudit, relinquens uxorem
 gravidam, quae post eius obitum postumum ei edidit filium vocavitque Germanum: 15
 qua felicitate sibi Totila conperta totam pene insultans Romanis devastat Italiam.
 Africa vero a Mauris dudum perempto Solomone || Stotzas et Iohannes invicem 384
 singulari certamine corruunt; aliusque Iohannis, qui Stotzas iunior dicebatur, suscepta
 tyrannide || Guntharic mag. militum secum suadet. qui interfecto Areobinda iugalem
 eius neptem imperatoris sibi cupiens sociare praevenitur ab Artabane. qui eum in 20
 convivio trucidatum neptemque imperatoris creptam ad urbem principi dirigit cum
 honore, simulque ferreis vinculis conligatum ei tyrannum destinavit Iohannem²⁾, qui
 Stotzam peremptum in eadem successerat tyrannide. quem in urbem praefectus dis- 385
 cussus manibusque truncatis, ad exemplum ceterorum in patibulo fixit. Iohannem
 dehinc patricium cognomine Troglitam Africae procuratione commissa, Artabanus evo- 25
 catus mag. militum praesentis accepit dignitatem³⁾. nec diu intercedente in ipso prin-
 cipe manus inicere gestiens detectus et conprobatu pietate tamen principale impuni-
 tus permansit et quasi benivolus contra Totilanem Sicilia cum Liberio patricio
 properavit. Iohannes vero in Africana provincia feliciter degens Maurois partis ad-

H P V S (ad 16 Italiam) *L Freculfus* 2, 5, 23 (ad 16 Italiam). — *Mur. p. 242^b v. 14* in Sardicense.

1 crudelitati] <i>HP^bVSL</i> , crudelitate <i>P^a</i>	tyrreni <i>S</i> , tirreni <i>L</i>	romano (-nu <i>L</i>) portu se
(portu** <i>H^a</i> , porture <i>L^a</i> , portusae <i>P^aV</i>) recepit stationi <i>libri</i>	2 ut] ui <i>S</i>	desolutam <i>L^a</i> 3 so-
cius <i>HP</i> accingitur <i>L</i>	5 tiberiade merg. <i>H</i>	6 cladio <i>HP</i> sicilia <i>PVS</i> 7 totila-
nam] <i>SL^b</i> , totillanem <i>HPV</i> , totillanem <i>L^a</i>	8 voluntatem <i>L</i>	9 quiescenti] <i>HVSL</i> , quiescent <i>P</i>
bellesarius <i>S</i> siciliam] <i>HPV</i>	10 discessus <i>L</i> totilla <i>HPV</i>	rabiet etradentibus <i>PV</i> , rabiet
aetradentibus <i>H</i> , rabie et tradentibus <i>L</i> , rabiae tradentibus <i>S</i>	11 sumptis <i>V</i>	ceptique <i>L</i>
12 mathesuntham <i>L</i>	13 theodocrici <i>S</i> , theoderici <i>L</i>	tradentem <i>V</i> 15 postumum ei] postu-
mum <i>S</i> , postumum <i>L</i>	17 stotza <i>HPVL</i>	19 magister <i>libri</i> quo i. areobindam <i>L</i> iugale
meus <i>HP</i> 20 altabane <i>L^a</i>	22 ei] et <i>libri</i>	23 tirannidem <i>L</i> 24 in <i>om. L</i> 25 tro-
glitem <i>L</i> conuocatus <i>L</i>	26 magister <i>HPVL</i>	27 inicere] <i>L</i> , iniecere <i>HPV</i> gestiens] cu-
piens <i>L</i> 28 sicilia] <i>HPVL</i>	29 parthis <i>HPV</i>	

1) Belisarius a Ravenna egressus venit Dyrrachium, indeque directo Iohanne Calabrium, ipse per Siciliam Romam perrexit . . . murorum partem restaurat, venienteque Totila ad pugnam resistit *Continuator Marcellini a. 547*.

2) de Africa neptis imperatoris revertitur vidua occiso Ariobinda a Gunthario (*scr. Guntharic*) tyranno, qui cum Stotza iuniore tractans eum occiderat. sed Artabanus utrosque comprehensos Guntharium (*scr. Guntharicum*) occidit, Iohannem idem Stotzam iuniorem vinctum transmittit ad principem *Continuator Marcellini a. 547*.

3) post aliquantos dies mittitur in Africam Iohannes et Artabanus evocatus praesentale accepit magistrum *Continuator Marcellini l. c.*

versae per Pacificos Mauros superatos, una die decem et septem eorum praefectos extinxit, pacemque totius Africae iubante domino impetravit.

386 Langobardorum gens, socia Romani regni principibus, et Theodahadi sororis filiam ^{IGN.}
dante sibi imperatore in matrimonio iungens regi suo, contra emulos Romanorum Gepi-
das una die pugna commissa eorum pene castra pervasit, cecideruntque ex utraque
387 parte amplius LX milia; nec par, ut ferunt, audita est in nostris temporibus pugna
a diebus Attilae in illis locis, praeter illa quae ante hanc contigerat sub Calluce mag.
mil. idem cum Gepidas¹⁾ aut certe Mundonis cum Gothis²⁾, in quibus ambobus aucto-
res belli pariter conruerunt. 72^b 5

388 Hi sunt casus Romanae rei publicae preter instantia cottidiana Bulgarum, An- ^{Iord.}
tium et Sclavinorum. que si quis scire cupit, annales consulumque seriem revolvat
sine fastidio repperietque dignam nostri temporis rem publicam tragydiae. scietque
unde orta, quomodo aucta, qualiterve sibi cunctas terras subdiderit et quomodo ite-
rum eas ab ignaris rectoribus amiserit. quod et nos pro captu ingenii breviter tetigi-
mus, quatenus diligens lector latius ista legendo cognoscat.

HPVS (3 Langobardorum — 9 conruerunt) L.

2 inperavit VL 3 langabardorum H 4 matrimonia coniungens L gebidas HPVL
5 cecideruntque P 7 attillae P illa] HPVSL ante hanc] hac L^a magmil. ide V,
māg milite H, magmil idem P, magmil id est S, magno milite id est L 8 gebidas L 12 tragy-
diae] HP, tragydiae VL 13 horta H 15 explicit HP, explicit historia romanae rei publicae L

1) Calluc magister militum cum Gepidis primum feliciter dimicans secundo infeliciter ruit *Continuator Marcellini a. 539.*

2) cf. *Procopius bell. Goth. I, 7.*

DE ORIGINE ACTIBVSQVE GETARVM.

Volentem me parvo subvectum navigio oram tranquilli litoris stringere et minutos 1
de priscorum, ut quidam ait, stagnis pisciculos legere, in altum, frater Castali, laxari
5 vela compellis relictoque opusculo, quod intra manus habeo, id est, de abbreviatione
chronicorum, suades, ut nostris verbis duodecem Senatoris volumina de origine
actusque Getarum ab olim et usque nunc per generationes regesque descendentem
in uno et hoc parvo libello choartem: dura satis imperia et tamquam ab eo, qui 2
pondus operis huius scire nollit, inposita. nec illud aspicias, quod tenuis mihi est spi-

HPVLABX(YZ).

Incipit de origine actibusque getarum *praemittunt praefationi HPVL*: origo gentis getarum ex libro iordanis excerptum *S*: incipit praefatio historiae getarum iordanis castallo *praefationi praemittit*, operi incipit liber iordanis de origine actuque getarum *B*: in hoc corpore continetur (in h. c. c. om. *Z*) chronica iordanis episcopi rauennatis ciuitatis de origine ac uocabulis gentis gothorum aedita ad castalum (castulum *Z*) sumptaque ex auctoribus *cel.* (*v. praef.*) *praefationi praemittunt*, nihil ei *subscribunt XZ*: incipit praefatio iordanis episcopi rauennatis ad castulum in historia getarum *praefationi praemittit*, *subicit ei* explicit praefatio incipit historia iordanis episcopi de actibus getarum *Y*: incipit prologus historiae gothorum *praefationi praemittit*, *subscribit ei* expl. incipit historia gothorum *A* 3 uolente *XY* subuectum nauigio] *BXY cum Rufino*, subuectu nauigii *HPVLA* litoristringere *HP*, maris stringere *XYZ*, litoris attingere stringere *Vind.* 4 castale *X^bZ.* castule *AX^aY* laxari] *HPVL*, laxare *ABXY Rufinus* 5 intra] inter *A* habeo] habet *XY* id est] hoc est *XY*, om. *A* breuiatione *B* 6 chronicorum *P* 7 actusque] *HPVL*, actuque *B*, actibusque *AXYZ* et usque] adusque *A* regesque] et reges *A* descendentem] descendente *B Vind.*, descendencia *A* 8 unum *B* hunc *L* choartem] *HP*, cohartem *VL*, coartem *ABXY* dura satis] *ABXY cum Rufino*, duratis *HPVL* 9 nollit] *HPV*, nollit *LAB*, nollet *XYZ*

Iordanem impudenti plagio (quod minime excusat tecta allegatio ut quidam ait) suam fecisse praefationem eam, quam Rufinus praemisit versioni commentarii Origenis super epistolam Pauli ad Romanos (opp. ed. De-larue Paris. 1759 vol. 4 p. 438), observavit Sybelius (Schmidt, Zeitschrift für Geschichtswissenschaft vol. 7 p. 288). Vitale visum est ipsam Rufini epistolam adicere ad scriptis lectionibus duorum librorum praestantissimorum Ambrosiani (A) A 135 inf. olim Bobiensis saec. IX/X et Casinatis 348 (C), quos mea causa contulerunt illum Benedictus Niese, hunc Augustus Mau.

Volentem me parvo subvectum navigio oram tranquilli litoris stringere et minutos de Graecorum stagnis pisciculos legere, in altum, frater Heracli (eracli *C*), laxare vela compellis (compelles *A*) relictoque opere, quod in transferendis homillii (om. *A*) Adamanti senis habebam, suades, ut nostra voce quindecim eius volumina, quibus epistolam Pauli ad Romanos disseruit, explicemus: in quibus ille dum sectatur apostoli sensum, in tam profundum pelagus aufertur, ut metus ingens sit illuc eum sequenti, ne magnitudine sensuum velut immanitate opprimatur undarum. tum deinde nec

ritus ad implendam eius tam magnificam dicendi tubam: super omne autem pondus, quod nec facultas eorundem librorum nobis datur, quatenus eius sensui inserviamus, sed, ut non mentiar, ad triduanam lectionem dispensatoris eius beneficio libros ipsos antehac relegi. quorum quamvis verba non recolo, sensus tamen et res actas credo
 3 me integre retinere. ad quos et ex nonnullis historiis Grecis ac Latinis addedi con-
 5 venientia, initium finemque et plura in medio mea dictione permiscens. quare sine contumelia quod exigisti suscipe libens, libentissime lege; et si quid parum dictum est et tu, ut vicinus genti, commemoras, adde, orans pro me, frater carissime. Dominus tecum. Amen.

I 4 Maiores nostri, ut refert Orosius, totius terrae circum Oceani limbo circum-
 septum triquadrum statuerunt eiusque tres partes Asiam, Eoropam et Africam voca-
 verunt¹⁾. de quo treperito orbis terrarum spatium innumerabiles pene scriptores ex-
 istunt, qui non solum urbium locorumve positiones explanant, verum etiam et quod
 est liquidius, passuum miliariumque dimetiunt quantitatem, insulas quoque marinis
 fluctibus intermixtas, tam maiores quam etiam minores, quas Cycladas vel Sporadas
 5 cognominant, in immenso maris magni pelagu sitas determinant. Oceani vero intrans-
 meabiles ultiores fines non solum describere quis adgressus est, verum etiam nec
 cuiquam licuit transfretare, quia resistente ulva et ventorum spiramine quiescente in-
 6 permeabilis esse sentitur et nulli cognita nisi ei qui eam constituit. ceterior vero

HPVLA S (10 Maiores — 19 constituit) *BX(YZ)*. *Rav.* 5, 28 p. 415 ad v. 18: Oceanus . . . ad Orientis plagam propter ulvam innavigabilis esse describitur.

1 implendum *XYZ* discendi *L*, d*endi *V* super omne autem pondus] super omne enim est pondus *XYZ*, superat nos hoc pondus *B*, super omnes autem difficultates *Rufinus* 3 eius] eiusdem *XYZ* ipsos] etiam ipsos *X** 4 relegi] reli *L** 5 integro *L* retinere] tenere *B* et ex nonnullis] et nonnullis *A*, nonnullis et ex *Z*, nonnulla ex *B* ac] et *A* addedi] *HP*, addidi *rel.* 6 dictatione *B* 7 exigisti] *HPV*, exegisti *rel.* 8 et] id *Lindenbrog* ut *om.* *B* commemoras] *PV^oLBXY*, commemorans *HA*, commemora*** *V** ora *B* frater carissim* *P**, karissime frater *A* d. tecum amen] *PVL*, d. tecum *HA*, *om.* *BXY* 10 lymbum *S* post circum *ins.* uocauerunt *A* 11 triquadrum] *ASXYZ* *Orosius*, triquatum *HPL*, triquatum *VB* eiusque] que eius *A* eoropam] *HPS*, et europam *L*, europam *rel.* uocauerunt *hic om.* *A* 12 treperito] *HP*, tripertito *VLASBX* urbis *S* terrarum *om.* *A* spatium] *HPV*, spatio *rel.* extiterunt *A* 13 locorum uel *V** explanant *om.* *A* 14 liquidus *S* miliariumque] *SB*, miliarumque *HPVA*, miliarumque *L*, miliariorumque *XY* dimetiuntur *AB* insul** *V** marinus *HP* 15 quam etiam minores *om.* *S*, etiam *om.* *L* 16 in . . . determinat *om.* *XYZ*, in *om.* *LSB* pelagu] *HPV*, pelago *rel.* intransmeabilis *A²* *Rhenanus* 17 solus *S* quis descr. *A* est] non est *A* 18 spinamine quiescente *S* inpraemeabiles *S*, irremeabilis *XYZ* 19 sentiantur *B* cognitus *A*, cogniti *B* ei] *HPVLA S Z*, soli ei *B*, eius *X*, *om.* *Y* qui eam (quia *S*, qui eos *B*) constituit (condidit *L*)] qui fecit eum *A* ceterior] *H*, ***terior *V**, ceterior *rel.*

1) *Orosius* 1, 2, 1: maiores nostri orbem totius terrae Oceani limbo circumseptum triquadrum statuere eiusque tres partes Asiam, Europam et Africam vocaverunt.

illud aspicias, quod tenuis mihi est spiritus ad implendam eius tam magnificam dicendi tubam. super omnes autem difficultates est, quod interpolati sunt ipsi libri. desunt enim fere apud omnium bibliothecas, incertum sane quo casu, aliquanti ex ipso corpore volumina, et haec adimplere atque in Latino opere integram (integra *C*) consequentiam dare non est mei ingenii, sed, ut tu credis qui haec exigis, muneris fortasse divini (divinis *C*). addis (addes *A*) autem, ne quid laboribus meis desit, ut omne hoc quindecim voluminum corpus, quod Graecus sermo ad quadraginta fere aut eo amplius milia versuum produxit, abbreviavi (abbreviavi *A*) et ad media, si fieri potest, spatia coartem: dura (dura *C*) satis inperia et tamquam ab eo (habeo *C*), qui pondus operis huius scire nolit (nollit *A*), inposita. adgrediar tamen, si forte orationibus tuis, quae mihi tamquam homini impossibilia videntur, adspirante (spirante *C*) deo possibilia fiant. sed ipsum iam, si videtur, Originem (originem *C*) qualiter praefationem suscepti operis dirigat, audiamus.

eius pelagi ripa, quam diximus totius mundi circulum, in modum coronae ambiens I fines suos, curiosi hominibus et qui de hac re scribere voluerunt perquam innotuit, quia et terrae circulum ab incolis possidetur et nonnullae insule in eodem mare habitabiles sunt, ut in orientali plaga et Indico Oceano Hyppodem, Iamnesiam¹⁾, Solis perustam quamvis inhabitabilem, tamen omnino sui spatio in longo latoque extensam: Taprobanem quoque, in qua (excepto oppida vel possessiones) decem munitissimas urbes decoram²⁾: sed et aliam omnino gratissimam Silefantinam: nec non et Theron, 7 licet non ab aliquo scriptore dilucidas, tamen suis possessoribus affatim refertas. habet in parte occidua idem Oceanus aliquantas insulas et pene cunctis ob frequentiam euntium et redeuntium notas. et sunt iuxta fretum Gaditanum haut procul una Beata et alia quae dicitur Fortunata. quamvis nonnulli et illa gemina Galliciae et Lysitaniae promuntoria in Oceani insulas ponant, in quarum una templum Herculis, in alia monumentum adhuc conspicitur Scipiones, tamen, quia extremitatem Galliciae terrae continent, ad terram magnam Europae potius quam ad Oceani pertinent insulas. 8 habet tamen et alias insulas interius in suo estu, quae dicuntur Baleares, habetque et alia Mevania³⁾, nec non Orcadas numero xxxiii quamvis non omnes excultas⁴⁾. habet et in ultimo plagae occidentalis aliam insulam nomine Thyle, de qua Mantuanus inter alia: 'tibi serviat ultima Thyle'⁵⁾. habet quoque is ipse immensus pelagus in parte artoa, id est septentrionali, amplam insulam nomine Scandzam, unde

HPVLA S (a 18 habet) *BX(YZ)*. *Rav.* 5, 29 p. 419 ad v. 4: in Oceano vero Indiae . . . sunt diversae insulae . . . id est Ypode, Iamnesia, Silefantina (al. silefantia, silefantia), Theron. p. 420 ad v. 6: item . . . est insula quae dicitur Taprobane . . . in qua decem civitates fuisse nominatissimas legi, ut testatur mihi Paulus Orosius sapientissimus Orientis perscrutator. 5, 33 p. 443 ad v. 17: insula quae dicitur Thyle, de qua et Mantuanus ait inter reliqua: 'tibi serviet ultima Thyle'.

1 pelagi] plaga *L* 3 quia] quam *XYZ* et terrae] etiam ne *A* circulum] *HPVXYZ*, circulus *LAB* mare] *HPVL*, mari *ABXY* 4 ut om. *PA* hyppodem] *HPV*, hippodem *A*, hipode *L*, ypodes *B*, ypode *Rav.*, hippopodes *Z*, hipopodes *X*, yppopodes *Y* iamnesia *BY*, iauia *A* solis perusta *PA*, sole perustae *B*, solibus perustam (-ta *Y*) *XY* 5 inhabitabilis *A*, inhabitales (sic) *B* in om. *B* longum latumque *XY* extensa *LA*, extensae *B* 6 taprobanem *L*, taprobanes *B*, taprobanam *X*, taprobana *YZ*, taprobane *A* in qua om. *A* excepto oppido *B*, exceptis oppidis *AXY* possessionibus *ABXY* decem] dicunt *B* munitissimas] *HPLB*, munitissimis *A*, munitissime (-mae *YZ*) *XYZ*, minutissimas *V* 7 urbibus *A* decora *A*, decorantur *XYZ* et aliam] *HPXZ*, et alia *LAY*, et italianam *V*, aliam *B* gratissima *LAY*, nominatissimas *Ravennas fortasse recte* silefantinam] *HPVL fere ut Rav.*, silefantina *A*, silephantinam (-na *Y*) *XY*, selephantinam *Z*, silestantinam *B* et theron] *HPVXYZ cum Rav.*, et heron *B*, aetheron *A*, est heron *L* 8 licet] tametsi *A* dilucide *XYZ* possessionibus *A* refertae *AY* habet] habet et *Z* 9 occidentali *XYZ* aliquantulas *B* crequentiam *P* 10 notas] *ABXY*, nonas *HPV*, notissimas *L* iusta *A* haut] *HP*, aut *AV*, haud *rel.* 11 calliciae *L*, galeciae *A* lysitaniae] *HPV*, lisitaniae *LA*, lusitaniae *BXY* 12 in] inter *A* insulis *BXY* in qua una *L^a*, in quorum uno *ABXY* in alio *ABXY* 13 scipiones] *HPV*, scipionis *LABXY* galliciae] *HP*, galeciae *A*, galuciae *L*, galliciae *VBX*, gallitiae *Y* 14 insulas om. *L^a* 15 interius om. *B* quae] *ABXY*, quem *HPV*, quam *L* habetque] habet *XYZ* 16 et om. *A* aliam meuaniam *BXY*, aliam euaniam *A*, alia euania *HPV*, alias euaniam *L* non] non et *B* numere *P*, om. *L* xxxliiior *B* 17 thyle — 19 nomine om. *A* antuanus *P* 18 alia] talia *P^a*, a. dicit *XYZ* is] his *VL*, id *B*, om. *SXYZ* ipse (om. *L^a*) immensus] ipsum immensum *BXYZ* 19 artoa] *HPV^b*, ortoa *V^a*, arctoa *XY*, coarctoa *S*, arma *L* septemtrionali *P*, septemtrionali *V*, sept. plaga *S* amplam] amplissimam *XYZ* scandzam] *HPVAXYZ*, scanzam *LS*, scanziam *B^b*, scanziam *B^a*

1) cf. *Iulius Honorius* p. 691 *Gron.*: insulae orientales Oceani quae sunt Hippopodes insula, Iamnesia insula, Solis perusta insula, Taprobane insula, Silefantina insula, Theron insula.

2) *Orosius* 1, 2, 16: insula Taprobane, quae habet decem civitates.

3) *Orosius* 1, 2, 82: huic (Hiberniae) etiam Mevania (evania *Bob.*) insula proxima est.

4) *Orosius* 1, 2, 78: a tergo (Britannia) . . . Orcadas insulas habet, quarum viginti desertae sunt, tredecim coluntur.

5) *Vergilius Georg.* 1, 30.

- I nobis sermo, si dominus iubaverit, est adsumpturus, quia gens, cuius originem flagitas, ab huius insulae gremio velut examen apium erumpens in terram Europae advinit: quomodo vero aut qualiter, in subsequen-
 II 10 Nunc autem de Britannia insula, que in sino Oceani inter Spanias, Gallias et Germaniam sita est, ut potuero, paucis absolvam. cuius licet magnitudine olim nemo, 5 ut refert Libius, circumvectus est¹⁾, multis tamen data est varia opinio de ea loquendi. quae diu si quidem armis inaccensam Romanis Iulius Caesar proeliis ad gloriam tantum quesitis aperuit²⁾: pervia deinceps mercimoniis aliasque ob causas multis facta mortalibus non indiligenti, quae secuta est, aetati certius sui prodidit situm, quem,
 11 ut a Grecis Latinisque autoribus accepimus, persequimur. triquadram eam plures 10 dixere consimilem, inter septentrionalem occidentalemque plagam proiectam, uno, qui magnus est, angulo Rheni hostia spectantem, dehinc correptam latitudine oblique retro abstractam in duos exire alios, geminoque latere longiorem Galliae praetendi atque Germaniae³⁾. in duobus milibus trecentis decem stadiis latitudo eius ubi patentior,
 12 longitudo non ultra septem mil. centum triginta duo stadia fertur extendi⁴⁾; modo vero 15 dumosa, modo silvestrae iacere planitiae, montibus etiam nonnullis increescere: mari tardo circumfluam, quod nec remis facile impellentibus cedat, nec ventorum flatibus intumescat, credo, quia remotae longius terrae causas motibus negant: quippe illic latius quam usquam aequor extenditur⁵⁾. refert autem Strabo Graecorum nobilis

H P V L A S (ad 2 advinit) B X (Y Z).

1 sermo ante est A iubaverit] HP, iuvaverit VLSXZ, iuuerit ABY adsumendus ASBXY 2 uelud V apum L^aASBY terra S aduinit] HP, aduenit rel. 3 explanauimus] HP, explanabimus VLBX, explanabitur Y, explanab A 4 autem] enim XYZ sino] HP, sinu rel. hispanas B^a, hispanias B^bY, hispanias AX 5 germania L potero A magnitudine] HPV, magnitudinem LABXY 6 refert] LBXY, fert HPVA libius] HPVLYXZ, liuius AB est] sit A tamen] autem tamen L, tantum X data] clara (marg. uel data) B loquendi P^a 7 quae] quam ABXYZ diu si] diuersi A inaccensam] HV, inaccensa P, inaccessam rel. caesar] centum (ut vid.) A tant. ad gl. A 8 peruiam B, om. XYZ deinceps] deinde A aliisque ob causis L, aliasque ob causis B facta] patefacta B 9 indigenti L secutae P aetatis L prodiderat B quem] quam B 10 a om. Z autoribus] HP, auct. rel. persequemur AXY triquadram] XYZ, triquetram B, triquaetram HP, triquetram VL, tricadram A 11 dixerunt B consimilem] HPVLAXYZ, cono similem B, cuneo similem Clossius adhibito Mela (vide infra): se in diuersos angulos cuneat triquetra occidentaleque A una L 12 magnus] manus P, maximus A est om. XYZ rheni] HPVLA, rheni XYZ, in rheni B hostia] HPVLA, ostia rel. spectantem om. B dehinc L correpta LAXY altitudine V obliqua VAB 13 abstracta B exire (exigere H) alios (sic V^b, ***** V^a)] al. exire A longiore galliam praetendit (pretendenti L) atque germaniam B 14 potentior A 15 septe H treginta P 16 siluestrae] HPV, siluestre LB, siluestri AXY planitiae] HPX, planitie LY, planiciae VB, planicie A 17 circumflua AB facile remis A 18 motibus om. B latius illic V, illuc lat. B 19 autem] enim XYZ nob. scr. gr. XY

1) cf. Tacitus Agric. 10: formam totius Britanniae Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores . . . oblongae scutulae vel bipenni adsimilavere . . . hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta insulam esse Britanniam affirmavit.

2) cf. Tacitus Agric. 13: primus omnium Romanorum divus Iulius cum exercitu Britanniam ingressus.

3) Mela 3, 6, 50: (Britannia) inter septentrionem occidentemque projecta grandi angulo Rheni ostia prospicit; dein obliqua retro latera abstrahit, altero Galliam altero Germaniam spectans; tum rursus perpetuo margine directi litoris ab tergo abducta iterum se in diversos angulos cuneat triquetra. cf. Tacitus Agric. 10: immensum . . . spatium procurrentium extremo iam litore terrarum velut in cuneum tenuatur.

4) Dio epit. 76, 12: καὶ αὐτῆς (Britanniae) τὸ μὲν μῆκος στάδιοι ἑπτακισχίλιοι καὶ ἑκατὸν τριάκοντα δύο εἰσί, τοῦ δὲ δὴ πλάτους τὸ μὲν πλεῖστον δέκα καὶ τριακόσιοι καὶ διαχίλιοι, τὸ δὲ ἐλάχιστον τριακόσιοι.

5) cf. Tacitus Agric. 10: mare pigrum et grave remigantibus perhibent ne ventis quidem perinde attolli, credo, quod rariores terrae montesque, causa ac materia tempestatum, et profunda moles continui maris tardius impellitur . . . unum addiderim nusquam latius dominari mare.

scriptor tantas illam exalare nebulas, madefacta humo Oceani crebris excursibus, ut II
 subtectus sol per illum pene totum fediolem, qui serenus est, diem negetur aspectui¹⁾.
 noctem quoque clariorem in extrema eius parte minimamque Cornelius etiam annalium 13
 scriptor enarrat²⁾, metallis plurimis cupiosam, herbis frequentem et his feraciorem
 5 omnibus, que pecora magis quam homines alant: labi vero per eam multa quam
 maximae relabique flumina gemmas margaritasque volventia³⁾. Silorum colorati vul-
 tus; torti plerique crine et nigro nascuntur; Calydoniam vero incolentibus rutilae cumae,
 corpora magna, sed fluuida: Gallis sive Spanis, ut quibusque obtenduntur, adsimiles.
 unde coniectavere nonnulli, quod ea ex his accolae contiguo vocatos acceperit⁴⁾. 14
 10 inculti aequae omnes populi regesque populorum⁵⁾; cunctos tamen in Calydoniorum
 Meatarumque concessisse nomina Dio auctor est celeberrimus scriptor annalium⁶⁾.
 virgeas habitant casas, communia tecta cum pecore, silveque illis saepe sunt domus⁷⁾.
 ob decorem nescio an aliam quam ob rem ferro pingunt corpora. bellum inter se 15
 aut imperii cupidine, aut amplificandi quae possident, saepius gerunt, non tantum
 15 equitatu vel pedite, verum etiam bigis curribusque falcatis, quos more vulgare esse-
 das vocant⁸⁾. haec pauca de Britanniae insulae forma dixisse sufficiat.

Ad Scandziae insulae situm, quod superius⁹⁾, reliquimus, redeamus. de hac III 16

HPVLABXY (YZ) Freculfus 1, 2, 25 [16] (a 17 de hac).

1 madefactam H	humo om. B	2 subtectus] subiectus B, subtextus XYZ	illam p. totam
XY fediolem om. XY	aspectui B, aspectus XY	3 quoque] etiam A	minimamque]
memma quam B	etiam] quoque A	4 narrat AB, enallat L	cupiosam] HP, cop. rel.
5 quia B	alat B	per eam] et B	multam HPV
6 maximae] HPV, maxime LXY, maxima AB	margaritasque B	7 torti plerique] HPVXY, torto plerique L, torto plerique AB	et nigro]
nigroque A	cumae] HPV, comae rel.	8 fluuida] HPVLABXY	gallis] qui gallis B
hyspanis B, hispanis XY	ut] a B	quibusque] HVLBX, quibusque PA, quibuscunque Z, om. Y	obtenduntur adsimiles] scripsi, attenduntur obsimiles HPVAXY, attendi similes L, attenduntur assimiles B
9 coniectauerunt A	ea] terra XYZ	continuo B	exceperit B
10 cunctis B	11 meatarumque] HPVLABXY, meatarumque L ^a , metallum B: Μαῖαται Dio	concessisse L	nom. conc. A
nomina dio auctor est] nominandi auctor est dio B	12 communiam HP	pecore V	sillieque A
13 ob rem] rem A	15 equitum uel peditum B	uigis L	more vulgare (sic HPV, -ri rel.) om. A
essedas A	16 brytanniae V	sufficiant L	17 ad] a X
scandae X ^b , scanziae VB, scandze A	situ PV	quod] quam B	redeamus om. spatio vacuo relicto L

1) *Strabo 4, 5, 2 p. 200 Cas.*: ἐν δὲ ταῖς αἰθρίαις οὐμίγη κατέχει πολὺν χρόνον, ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τρεῖς μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον.

2) *cf. Tacitus Agric. 10*: nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas.

3) *Mela 3, 6, 51*: fecunda, verum iis quae pecora quam homines benignius alant. fert nemora saltusque ac praegranda flumina alternis motibus modo in pelagus modo retro fluentia et quaedam gemmas margaritasque generantia.

4) *cf. Tacitus Agric. 11*: rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem adseverant. Silurum colorati vultus, torti plerumque crines et posita contra Hispania Iberos veteres traieciisse easque sedes occupasse fidem faciunt. haec ut reliqua ex Taciti Agricola adlatu similia magis sunt iis quae exscripsit Iordanes quam ipsa; corpora fluuida collato loco Taciti hist. 2, 32: Germanos . . . fluxis corporibus ipsius Taciti esse crediderim et supra Iordanem.

5) *Mela 3, 6, 51*: fert populos regesque populorum, sed sunt inculti omnes.

6) *Dio epit. 76, 12*: δύο δὲ γένη τῶν Βρεττανῶν μέγιστα εἰσι, Καληδόνοι καὶ Μαῖαται· καὶ ἐς αὐτὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων προσηρήματα ὡς εἰπεῖν συγκεχώρηκεν.

7) *Strabo 4, 5, 2 p. 200*: πόλεις δ' αὐτῶν εἰσὶν οἱ δρυμοί· περιφράξαντες γὰρ δένδροι καταβεβλημένοι εὐρυχωρῆ κύκλον ἐγκαθῆθα καὶ αὐτοὶ καλυβοποιούονται καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν οὐ πρὸς πολὺν χρόνον.

8) *Mela 3, 2, 51*. incertum ob decorem an quid aliud vitro (ultra codex) corpora infecti. causas tamen bellorum et bella contrahunt ac se (sic codex) frequenter invicem infestant, maxime imperitandi cupidine studioque ea prolatandi quae possident. dimicant non equitatu modo aut pedite, verum et bigis et curribus Galliae armati: ovinos vocant: quorum falcatis axibus utuntur. *cf. Claudianus de laud. Stilich. 2, 247*: Britannia . . . ferro picta genas; *in Rufin. 1, 313*: membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.

9) c. 1, 9.

- III etenim in secundo sui operis libro Claudius Ptolomeus, orbis terrae discriptor egregius, meminit dicens: est in Oceani arctoi salo posita insula magna, nomine Scandza¹⁾, in modum folii cetri, lateribus pandis, per longum ducta concludens se. de qua et Pomponius Mela in maris sinu Codano positam refert²⁾, cuius ripas influit
 17 Oceanus. haec a fronte posita est Vistulae fluminis, qui Sarmaticis montibus ortus in conspectu Scandzae septentrionali Oceano trisulcus inlabitur, Germaniam Scythiamque disterminans. haec ergo habet ab oriente vastissimum lacum in orbis terrae gremio, unde Vagi fluvius velut quodam ventrae generatus in Oceanum undosus evolvitur. ab occidente namque immensu pelago circumdatur, a septentrione quoque in-
 18 navigabili eodem vastissimo concluditur Oceano, ex quo quasi quodam brachio exiente, 10
 18 sinu distento, Germanicum mare efficitur. ubi etiam parvae quidem, sed plures perhibentur insulae esse dispositae, ad quas si congelato mari ob nimium frigus lupi transierint, luminibus feruntur orbari. ita non solum inhospitalis hominibus, verum
 ipsis nascendi primitiis infantum ferro sulcantur altius genae, ut pilorum vigor tempestivus emergens con-
 rugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes absque ulla venustate . . . compactis omnibus firmisque mem-
 bris et opimis cervicibus, prodigosae formae, sed pandi, ut bipedes existimes bestias . . . 6: equis prope ad-
 fixi . . . 9: procul missilibus telis . . . con[figunt].

- XXIV neris dolore quam etiam Hunnorum incursionibus non ferens grandevus et plenus dierum centesimo decimo anno vitae suae defunctus est. cuius mortis occasio dedit Hunnis praevalere in Gothis illis, quos dixeramus orientali plaga sedere et Ostrogothas nuncupari.
- XXV 131 Vesegothae, id est illi alii eorum socii et occidui soli cultores, metu parentum⁵ exterriti, quidnam de se propter gentem Hunnorum deliberarent, ambigebant, diuque cogitantes tandem communi placito legatos in Romania direxerunt ad Valentem imperatorem fratrem Valentiniani imperatoris senioris, ut, partem Thraciae sive Moesiae si illis traderet ad colendum, eius se legibus eiusque vivere imperiis subderentur¹⁾. et, ut fides uberior illis haberetur, promittunt se, si doctores linguae suae donaverit,¹⁰
- 132 fieri Christianos. quod Valens conperto mox gratulabundus annuit, quod ultro petere voluisset, susceptosque in partibus Moesiae Getas quasi murum regni sui contra ceteras statuit gentes. et quia tunc Valens imperator Arrianorum perfidia saucius nostrarum partium omnes ecclesias obturasset, suae parti fautores ad illos dirigit praedicatores, qui venientes rudibus et ignaris ilico perfidiae suae virus infundunt. sic quoque Vese-¹⁵
- 133 gothae a Valente imperatore Arriani potius quam Christiani effecti²⁾. de cetero tam Ostrogothis quam Gepidis parentibus suis pro affectionis gratia euangelizantes huius perfidiae culturam edocentes, omnem ubique linguae huius nationem ad culturam huius sectae invitaverunt. ipsi quoque, ut dictum est, Danubio transmeantes Daciam ripensem, Moesiam Thraciasque permissio principis insederunt.²⁰

HPV LASOBX(YZ).

1 dolorem *B* hunn. incursionibus] *HVLXY*, hunn. incursibus *P*, discursionibus hunn. *O*, incursio-
nibus hunnorum *SZ*, incursiones hunnorum *B*, hunnorum incursus *A* 2 centesimo *O* et decimo *A*
mortis (motes *P*) occasio] mors occasionem *A* 3 gothos *L* or.] in or. *XYZ* plaua *B^a* 4 non-
cupare *A* 5 naesegothae *SO*, uuisigothae *X passim* illi *om. OB* 6 hunorum gentem *XY*, gen-
tem *om. B^a* deliberarent] *ASOBXY*, deliberare *HPVL* ambiebant *PL*, ambigebant *O* 7 post
legatos (legotos *P*) repetit metu . . . ambigebant *S*, verba in rom. direxerunt *omittens* in] ad *OB* ro-
mania] *HPVL*, romaniam *AOBXY* direxerunt] dilexerunt *P*, dixerunt *V* 8 ualentiani *O* im-
peratoris *om. ASOBXYZ* 9 traheret *H* eius se leg. eiusque uiuere (uiuere *X^a*)] eius leg. ui-
uere (uiuere *B*) eiusque *SOB*, eius leg. eiusque *A* sudderentur *L* 10 illis ub. *L* si *om. O*
11 quod] quo *BXY* compto (*sic*) *S*, copto *O^a* gradulabundus (*sic*) *O* 12 uoluissent *L*
susceptosque . . . 13 gentes *om. X* susceptosque] susceptusque *O^a*, susceptisque *YZ* gestas *HPV*,
gentis *YZ* ceteras] *HP*, cet. *rel.* 13 perfidia *S*, peruidia *O* 14 obdurasset *B* part] *HPVSO*, partis *LABXY*
fautores *LY*, factores *X* dirigit] *HPV*, dirigit *rel.* praeditores *A*
15 uenientibus *SOB* ilico] iloco *P* uiros *O* infundunt] defundunt *SOB* sic] si *A*
uesogothae *L* 16 tamen ostrogothae (-this *X^bY*) *XY* 17 quam *om. XY* partibus *B^a* per
aff. gratiam *SOB*, pro causa aff. *XYZ* post euangelizantes *ins.* per ulphilam episcopum suum arrianum
qui litteras gothicas primus inuenit et scripturas in eorum linguas (*sic*) diuinas conuertit editio *Lindenbrogiana*
ex *Landolfo hist. misc. 11, 9 p. 344 Droysen* 18 edocentes . . . culturam *om. O* huius linguae *B*
19 ut] ait *S* danubium *LASOBXY* transmeantes] meantes *A* ripense *SOB*, ripente *P^a*
20 permissio] *HVS*, permissu *rel.* insiderunt *S*

1) *Ammianus* 31, 4, 1: (Gothi) [ducibus Fritigerno et Ala]vivo ripas occupavere Danuvii missisque ora-
toribus ad Valentem suscipi se humili prece poscebant, et quiete victuros se pollicentes et daturos, si res
flagitasset, auxilia.

2) *Orosius* 7, 33, 19: Gothi antea per legatos supplices poposcerunt, ut illis episcopi, a quibus regulam
Christianae fidei discerent, mitterentur. Valens imperator exitiabili pravitate doctores Arriani dogmatis misit.
Gothi primae fidei rudimentum quod acceperere tenuerunt. cf. *Isidorus hist. Goth. ad eram 415*: Atanaricus
Fridigernum Valentis imperatoris suffragio superans huius rei gratia legatos cum muneribus ad eundem impera-
torem mittit et doctores propter suscipiendam Christianae fidei regulam poscit. Valens autem a veritate fidei
deius et Arrianae haeresis perversitate detentus missis haereticis sacerdotibus Gothos persuasione nefanda sui
erroris dogmati adgregavit et in tam praeclaram gentem virus pestiferum semine pernicioso transfudit.

Quibus evenit, ut adsolet genti, necdum bene loco fundatis, penuria famis, co- XXVI 134
 peruntque primates eorum et duces, qui regum vice illis praeerant, id est Fritigernus,
 Alatheus et Safrac¹⁾, exercitus inopiam condolare negotiationemque a Lupicino Maxi-
 moque Romanorum ducum expetere. verum quid non auri sacra fames compellit ad-
 5 quiescere²⁾? coeperunt duces avaritia compellente non solum ovium bovumque carnes,
 verum etiam canum et inmundorum animalium morticina eis pro magno contradere,
 adeo, ut quemlibet mancipium in uno pane aut decem libris carne mercarent. sed 135
 iam mancipiis et supellectile deficientibus filios eorum avarus mercator victus necessi-
 tate exposcit³⁾. haut enim secus parentes faciunt salute suorum pignorum providentes:
 10 faciliusque deliberant ingenuitatem perire quam vitam, dum misericorditer alendus quis
 venditur quam moriturus servatur. contigit etenim illo sub tempore erumoso, Lupi-
 cinus ut ductor Romanorum Fritigernum Gothorum regulum in convivio invitaret dolum-
 que ei, ut post exitus docuit, moliretur. sed Fritigernus dolum nescius cum paucorum 136
 comitatu ad convivium veniens, dum intus in preturio aepularetur, clamorem miserorum
 15 morientium audiret: nam in alia parte socios eius reclausos dum milites ducis sui
 iussu trucidare conarentur et vox morientium duriter emissa iam suspectis auribus in-
 tonaret, ilico aperto dolo cognoscens Fritigernus evaginato gladio e convivio non sine
 magna temeritate velocitateque egreditur suosque socios ab imminente morte ereptos
 ad necem Romanorum instigat. qui nacti occasione votiva elegerunt viri fortissimi 137

HPVLSO BX (YZ).

1 gentibus B, egenti A: delendum loco bene A fundatae XYZ penuriam L, penurie O
 2 que om. ASOB regnum VO uices illis SO, illis uice A fritifernus A 3 safrac]
 HPVLAXYZ, safrac SOB inopiae A condolare S negotiationemque] negotiationem H
 lopicino O 4 romanorumque A ducum] HPVLSO, ducibus ABXY quod B famis SO,
 famas L^a compellat A 5 bouumque] HVO, bonumque P, boumque LABXY, que S carnis O
 6 morticine his S, morticineis O 7 ut om. Z quodlibet ABXYZ in] pro L, om. A unum
 pane Z, unum panem OB libras AB carne] HPVLO, carnem X, carnes SYZ, carnis A, in unam
 carnem B mercarentur ASOBXY 8 mancipias P et supellectile] HPVVS, et supellectili A,
 et supellectile O, et supellectilem LB, et supellectili X, supellectilique Y filias A^a avidus A
 mercatur O^a uictus] uictos A, uictos famis XYZ 9 haut] aut LS patentes A^a salute]
 HPV, salutem SOB, salutes L, saluti AXY suorum (eorum O) pignorum (pignerum SO)] p. s. V
 10 faciliusque] facibusque SO, saclusque B in ingenuitate L misericordius A 11 uinditur O
 muriturus O saluatur S contegit O etenim] enim A aerumoso O lupicinus
 (lopinos O) et ut SO, lupicino et B, ut lup. A 12 doctor PVL, ductori B, ducto SO, dux A fri-
 tigersum] fridigersum O, fridegersum S, ut fridigersum B conutulum ASOBXY dolumquem L
 13 exsitus O fridigersum SB, fridigermanus O dolum] doli AB nesciens XYZ 14 co-
 minatu B conuiuium V preturio] H, praeturio P^b, praeturi P^a, pr(a)etorio rel. aepularetur]
 epulatur XY, epulatus et SO, epulatus est B clamore SO 15 audisset A nam] HPVLAXYZ,
 namque SOB in] inter B socius S reclusos XY, inclusos A 16 conorentur O, conan-
 tur A intonasset A 17 ilico aperto dolo] ilico aperte dolo O^a, aperto ilico dolo X, ilico aperte do-
 lum A, ilico aperto ipso dolo SO^b, ilico apertos ipsos dolos B cognoscens P^aO^a fridigersum SOB
 e] in SOB 18 egr. suosque om. L socius O^a morte] sorte S, orte O ereptus S
 19 nacti (nacti O^a) occasione uotius] HPVLSO, nacta occasione uotia B, nacti (nacti Z) occasionem uoti-
 uam AXYZ

1) *Ammianus* 31, 4, 8: primus cum Alavivo suscipitur Fritigernus (cf. *supra* p. 92 n. 1). c. 4, 12: Vithericus Greuthungorum rex cum Alatheo et Safrace, quorum arbitrio regebatur, . . . ut simili suscipere humanitate obsecravit . . . c. 5, 3: Greuthingi . . . ratibus transiere.

2) *Vergilius Aen.* 3, 56: quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames.

3) *Ammianus* 31, 4, 9: potestatis praefuere castrensibus homines maculosi, quibus Lupicinus antestabat et Maximus, alter per Thracias comes, dux alter. c. 4, 11: cum traducti barbari victus inopia vexarentur, turpe commercium duces invisissimi [ex]cogitarunt et quantos undique insatiabilis colligere potuit canes pro singulis dederunt mancipiis: inter quae [et filii] ducti sunt optimatum.

XXVI in bello magis quam in fame deficere, et ilico in ducum Lupicini et Maximi armantur occisione¹⁾. illa namque dies Gothorum famem Romanorumque securitatem ademit, coeperuntque Gothi iam non ut advenae et peregrini, sed ut cives et domini possessoribus imperare totasque partes septentrionales usque ad Danubium suo iuri tenere.

138 quod conperiens in Antiochia Valens imperator mox armato exercitu in Thraciarum⁵ partes egreditur²⁾; ubi lacrimabile bello commisso vincentibus Gothis in quodam praedio iuxta Adrianopolim³⁾ saucius ipse refugiens ignorantibusque, quod imperator in tam vili casula delitisceret, Gothis, ignemque, ut adsolet saeviente inimico, supposito, cum regali pompa crematus est⁴⁾, haut secus quam dei prorsus iudicio, ut ab ipsis igni conbureretur, quos ipse vera fide petentibus in perfidia declinasset ignemque caritatis ad gehennae ignem detorsisset⁵⁾. quo tempore Vesegothae Thracias Daciaque ripense post tanti gloria tropaei tamquam solum genitalem potiti coeperunt incolere.

XXVII 139 Sed Theodosio ab Spania Gratianus^x imperator electo et in orientali principatu loco Valentis patrum subrogato, militaremque disciplinam mox in meliori statu reposita

H P V L A S (finit 11 detorsisset) *O B X (Y Z)*.

1 inductum *B* lupicinum *O*, lipicini *B^a* et maximi] maximique *A* 2 occisione] *HPVL*, occisionem *AY*, occasione *SO*, occasionem *BX* illi *X* romanarumque *X* ad. secur. *A*
 3 non iam *A* ut om. *O* peregrini sed] peregrinis *A* 4 ad nubium *B^a* suae *L*
 iuri] *HPL*, iure *rel.* 5 antiochia *P*, anthiocia *SO* 6 regreditur *A*, digreditur *SOB* lacrimabile] *HPV*, lacrimabili *LASOBXY* in quodam praedio] in quoddam praedium *A*, om. *L* 7 sauc. i. fug. iuxta adr. *L* refugiens] *SOBXY*, fugiens *HPVLA* que] quoque *SOB*, om. *AY* quod om. *B^a* imperator om. *L* 8 delitisceret] *HPVSO*, delitesceret *rel.* igneque *BXY*, ignique *A*
 ut om. *O* inim.] ab inim. *A* superposito *L* 9 regale *SO* haut secus] ad secus *S*, om. *O* quam] quodam *S* prorsus *P*, prorsus *O* ut] aut *V* 10 igne *SOB* quas *S* uera fide] *HPVL*, ueram fidem *ASOBXY* potentes *AB* perfidia] *HPVL*, perfidiam *ASOBXY* declinasset om. *L* ignemque] igenemque *L*, ignem *SO*, et ignem *B* 11 detorsisset *O* uesogothae *L*, uesgothae *O* traciasque *LO*, thraciam *A* daciaque ripense] *HPV*, daciasque ripense *L*, daciamque (datamque *O*) ripensem *AOBXY* 12 post ripense ins. potiti suo loco om. *L* pos *O* tantam *X* gloria] *HPV*, gloriam *LAOBXY* tropaei] triumpho *AY* solo genitalem *OBXY*, soli genitalem *A* 13 theodosium *B*, theosium *O* ab spania (hispania *BXY*) om. *A* gratiano imperatore *XZ*, a graciano imperatore *Y*, a graciano *A* electum *B*, elictum *O* et om. *OB* orientalem principatum *A* 14 subrogit *O*, subrogat *B*, subrogatum *A* militarique disciplina *AB* in meliori statu] humiliatori statue *O*, in meliorem statum *A* repositam *XYZ^a*

1) *Ammianus* 31, 5, 5: Alavivo et Fritigerno ad convivium conrogatis Lupicinus . . . 6 dum in nepotiali mensa ludicris concrepantibus diu discumbens vino marcebat et somno, . . . satellites omnes, qui pro praetorio honoris et tutelae causa duces praestolabantur, occidit. 7: hocque populus qui muros obsidebat dolenter accepto ad vindictam detentorum regum . . . multa minabatur et saeva. utque erat Fritigernus expediti consilii, veritus ne teneretur obsidis vice cum ceteris, exclamavit graviore pugnandum exitio, ni ipse ad leniendum vulgus sineretur exire cum sociis, quod arbitratum humanitatis specie ductores suos occisos in tumultum exarsit. hocque inpetrato egressi omnes exceptique cum plausu et gaudiis ascensis equis evolantur moturi incitamenta diversorum bellorum.

2) *Ammianus* 31, 11, 1: Valens tandem exercitus Antiochia . . . venit Constantinopolim.

3) *Ammianus* 31, 12, 10: signa . . . commoventur impedimentis et sarcinis prope Hadrianopoleos muros . . . conlocatis.

4) *Victor epit.* 46: hic Valens cum Gothis lacrimabili bello commisso sagittis saucius in casa deportatur vilissima, ubi supervenientibus Gothis igneque supposito incendio concrematus est. *cf. Hieronymus a. Abr.* 2395. *Orosius* 7, 33, 15. *Ammianus* 31, 13, 12: imperator . . . sagitta perniciose saucius ruit . . . 14: dicunt Valentem . . . cum candidatis et spadonibus paucis prope ad agrestem casam relatum . . . circumsessum ab hostibus, qui esset ignorantibus, dedecore captivitatis exemptum.

5) *Orosius* 7, 33, 19 post verba supra p. 92 not. 2 allata: itaque iusto iudicio dei ipsi eum vivum incenderunt, qui propter eum etiam mortui vitio erroris arsi sunt. *cf. Isidorus hist. Goth. ad eram* 416.

ignavia priorum principum et desidia exclusa Gothus ut sensit, pertimuit. nam in- XXVII
 perator acri omnino ingenii virtuteque et consilio clarus dum praeceptorum saeveri-
 tate et liberalitate blanditiaque sua remissum exercitum ad fortia provocaret. at vero 140
 ubi milites principe meliore mutato fiduciam acceperunt, Gothos impetere temptant
 5 eosque Thraciae finibus pellunt. sed Theodosio principe pene tunc usque ad dispera-
 tionem egrotanti datur iterum Gothis audacia divisoque exercitu Fritigernus ad Thes-
 saliam praedandam, Epiros et Achaiam digressus est, Alatheus vero et Safrac cum
 residuis copiis Pannoniam petierunt. quod cum Gratianus imperator, qui tunc a Roma 141
 in Gallis ob incursione Vandalorum recesserat, conperisset, quia Theodosio fatali
 10 desperatione succumbente Gothi maius saevirent, mox ad eos collecto venit exercitu,
 nec tamen fretus in armis, sed gratia eos muneribusque victurus, pacemque, victualia
 illis concedens, cum ipsis inito foedere fecit.

Vbi vero post haec Theodosius convaluit imperator repperitque cum Gothis et XXVIII
 Romanis Gratiano imperatore pepigisse quod ipse optaverat, admodum grato animo 142
 15 ferens et ipse in hac pace consensit, Aithanaricoque rege, qui tunc Fritigerno suc-
 cesserat, datis sibi muneribus sociavit moribusque suis benignissimis ad se eum in
 Constantinopolim accedere invitavit. qui omnino libenter adquiescens regia urbe in- 143
 gressus est miransque: 'en', inquit, 'cerno, quod saepe incredulus audiebam', famam
 videlicet tantae urbis; et huc illuc oculos volvens nunc situm urbis comateuque na-
 20 vium, nunc moenia clara prospectans miratur, populosque diversarum gentium quasi
 fonte in uno e diversis partibus scaturiente unda, sic quoque milite ordinato aspi-
 ciens: 'deus', inquit, 'sine dubio terrenus est imperator et quisquis adversus eum
 'manu moverit, ipse sui sanguinis reus existit'. in tali ergo admiratione maioreque 144

H P V L A O B X (Y Z). Paulus h. R. 11, 15 (a 15 Aithanaricoque).

1 ignavia] *H(?)PVLA*, ignaviam *OBXY* et desidia exclusa] *PVLA*, et desideria exclusa *H*, et desidia exclusam *OBX*, exclusam *Y* gothos *PO* ut sensit] subsensit *PA* pertinuit *O*
 2 ingenii] *HVLOXYZ*, ingenii *P*, ingenio *AB* que om. *XYZ* dum] cum *B* 3 blandiciaeque
O, blandiciaeque *B* prouocarat *B* 4 mutato] renouato *XYZ* gothis *O* impetere] imperatore
O 5 theosium principem *O*, theodosio (om. principe) *A* pene] post desperationem *A*, penes
P, ne *L* tunc om. *A* disperationem] *HPVLO*, desp. rel. 6 egrotanti] *HPLO*, (a)egrotante
VABXY datur iterum (*OBXY*, igitur *HPVL*) gothis] gothis datur *A* audaciam *O* fridigernus
OB thesaliam *O* 7 epyros *O*, epyron *A* achaiam] *PLAOBXY*, achiam *HV* digressi
sunt *O* safrac] *AYZ*, safra *HPVLOBX* 8 pannonia *A* cum om. *A^o* a om. *OB*
9 gallias *ABXY* incursione] *HPV*, incursionem *LAOBXY* uandalorum] uandalorum *O*: *expectes*
Alamannorum: cf. *Socrates h. eccl. 5, 6*: Γρατιανός μὲν εὐθὺς ἐπὶ τὰς Γαλλίας ἐχώρει Ἀλαμανῶν κατατρεχόντων τὴν ἐκεῖ χώραν recesserat] *OBXY*, secesserat *HPVLA* 10 subcumbenti *OB* g. maius]
HPVLXZ, g. magis *OB*, g. magi *A*, om. *Y* seruirent *OB^a* ad eos] adeo *A* ex. uen. *XY*
11 fretus (fredus *O*) in (in om. *A*) armis] fretu*****is *P^a* muneribusque] muneribus *L* uict.]
et uict. *B* 12 fecit] f. amicos *A* 13 uero] ergo *H* post haec om. *A* imp. th. conu. *A*
repperitque] remperitque *Z*, comperitque *XY*, repperitque gracionum *B* 14 gratiano imperatore] gratia-
num imperatorem *X*, gratianum *AY*, om. *OB* pepigisse] *HPVLXY*, foedus pep. *A*, pep. (pepegisse *O*)
foedus *OBZ* 15 ferrens *O^b*, ferreis *O^a* hac] ac *O^b*, oc *O^a* pace] bis *X^a*, om. *O* aitha-
naricoque rege] *HPVL*, aithanaricumque regem *XYZ*, athanaricumque regem *A*, aitanaricum (atanaricum *B*)
quoque regem *OB* tunc om. *A* fridigerno *B*, fridigernus *O^a* 16 moribusque] moribus *OB*
benignissimus *O*, benignissimus et *B* in om. *A* 17 constantinopolim (canatitonopolim *A*) ac-
cedere om. *L* inuitavit] iussit *A* regiam urbem *LAOBXY* 18 est om. *PA* incredulus
P 19 hunc *L* illucque *AXY^b* comateuque] *H(?)PVA*, comateuque *LBXY*, comateis-
que *O*, meatumque *Z* 20 mirabatur *L* populusque *O* 21 diuersis] diuersibus *O* mili-
tem (militum *B^a*) ordinatum *AOB*, milites ordinatos *XY* 22 est om. *A* 23 manu] *HPV*, manum
LAOBXY que om. *A*

- XXVIII a principe honore suffultus paucis mensibus interiectis ab hac luce migravit¹⁾. quem princeps affectionis gratia pene plus mortuum quam vivum honorans dignae tradidit
 145 sepulturae, ipse quoque in exequiis feretro eius praeiens. defuncto ergo Aithanarico cunctus eius exercitus in servitio Theodosii imperatoris perdurans Romano se imperio subdens²⁾ cum milite velut unum corpus effecit militiae illa dudum sub Constantino principe foederatorum renovata et ipsi dicti sunt foederati. e quibus imperator contra Eugenium tyrannum, qui occiso Gratiano Gallias occupasset, plus quam viginti milia armatorum fideles sibi et amicos intellegens secum duxit victoriae de praedicto tyranno potitus ultionem exegit.
- XXIX 146 Postquam vero Theodosius amator pacis generisque Gothorum rebus excessit humanis coeperuntque eius filii utramque rem publicam luxuriose viventes adnihilare auxiliariisque suis, id est Gothis, consueta dona subtrahere, mox Gothis fastidium eorum increvit, verentesque, ne longa pace eorum resolveretur fortitudo, ordinato super se rege Halarico, cui erat post Amalos secunda nobilitas Balthorumque ex genere origo mirifica, qui dudum ob audacia virtutis Baltha, id est audax, nomen inter suos
 147 acceperat. mox ergo antefatus Halaricus creatus est rex, cum suis deliberans suasit eos suo labore quaerere regna quam alienis per otium subiacere, et sumpto exercitu per Pannonias Stilicone et Aureliano consulibus³⁾ et per Sirmium dextroque latere quasi viris vacuum intravit Italiam nulloque penitus obsistente ad pontem applicavit
 148 Candidiani, qui tertio miliario ab urbe aberat regia Ravennate. quae urbs inter paludes et pelago interque Padi fluenta unius tantum patet accessu, cuius dudum possessores, ut tradunt maiores, αλβεροί, id est laudabiles, dicebantur. haec in sino regni

HPVLA S (inc. 16 mox, finit 20 Ravennate) *OBX(YZ)*. *Paulus h. R. 11, 15* (ad 3 praeiens) *h. L. 2, 14* (21 cuius — 22 dicebantur).

1 paucibus <i>O</i>	2 princens <i>A</i>	3 exequis <i>V</i>	feretrum <i>AX</i>	prelens <i>O</i> , presens <i>L</i>
aitanarico <i>O</i> , atanarico <i>B</i> , athan. <i>A</i>	4 eius] eius eius <i>A</i> , om. <i>OB</i>	theodosii om. <i>A</i>	perd.]	
perd. hac <i>A</i>	5 effecit <i>VB</i> , efficitur <i>A</i>	miliaeque <i>OB</i>	6 principe om. <i>A</i>	7 tyrannum <i>P</i>
occioso <i>B</i>	8 de pr. tyr. (tyranno <i>P</i>) om. <i>A</i>	9 potita <i>L</i> , potius <i>O</i>	10 armatos <i>P^a</i>	pacis
generisque] p. gentisque <i>XY</i> , generisque <i>O</i> , generis <i>B</i>	gothorum] go <i>O</i>	11 filii eius <i>A</i>	utrum-	
que rem publicum <i>O</i>	luxuriose <i>H^bO</i>	12 auxiliariisque <i>O</i>	mox gothi <i>O</i>	13 ueretesque <i>H</i>
resolveretur] <i>OB^bXY</i> , resolverentur <i>B^a</i> , se solueret <i>HPVLA</i>	ordinant s. s. regem <i>B</i>	14 alarico		
(alaricum <i>B</i>) <i>LOBXY</i> et sic sine <i>h B</i> semper	baltharumque <i>B</i> , baltarumque <i>O</i>	15 audaciam <i>ABXY</i>		
batha <i>A</i>	inter suos] om. <i>L</i> , int. suos nom. <i>XY</i>	16 acceperunt <i>P^a</i>	antefactus <i>A</i> , om. <i>S</i>	
alaricus <i>SO</i>	rex cr. est <i>L</i>	suasit eos suo lab.] <i>HPVA</i> , suasit eos <i>L</i> , suasit suo lab. <i>SOB</i> , labore		
<i>XYZ</i>	17 regna qu. <i>L</i>	otium] odium <i>HL</i>	subiaceret et <i>S</i>	18 st. (istilicone <i>O</i>) et aure-
liano (ariliano <i>SOB</i>) cons. om. <i>A</i>	sirmium <i>SO</i>	dextroque] dextro <i>SOB</i>	19 uiris] a uiris	
<i>XYZ</i>	nulloque] nullo <i>SOB</i>	obsistente <i>O</i> , resistente <i>XYZ</i>	ad(vel p)plicavit <i>ASOBXY</i> , appli-	
cuit <i>HPVL</i>	20 condiniani <i>SO</i> , concliniani <i>B</i>	aberat] erat <i>SOB</i>	regia om. <i>A</i>	reunnate
<i>O</i>	urbes <i>O</i>	21 pelago] <i>HPVO</i> , paelago <i>L</i> , pelagum <i>B</i> , pelagus <i>XY</i> , pelagos <i>A</i>	interque] in-	
ter <i>OXYZ</i>	unius] uni <i>OB</i> , uno <i>AXYZ</i>	accessui <i>OBXY</i> , accessuri <i>P</i>	ut tr. mai. poss. <i>OB</i>	
22 enety <i>HPVLOX</i> , enithy <i>Y</i> , enithii <i>Z</i> , eneti <i>B Paulus</i> , enemti <i>A</i>	id es <i>O</i>	sinu <i>AOBXY</i>		

1) *Cassiodorus in chron. ad a. 382*: Athanaricus rex Gothorum Constantinopolim ibique vitam exegit, mutans Prosperiana sic concepta: Athanaricus rex Gothorum apud Constantinopolim xv quo fuerat susceptus die occiditur. *similia Ammianus 27, 5, 10*: ubi (*Constantinopoli*) . . . Athanaricus . . . fatali sorte decessit et ambitiosis exequiis ritu sepultus est nostro. *Marcellinus ad a. 381*: Athanaricus rex Gothorum, cum quo Theodosius imp. foedus pepigerat, Constantinopolim mense Ianuario venit eodemque mense morbo perit. *Orosius 7, 34, 6. 7. Idacius chr. et fast. ad a. 381. Zosimus 4, 34. Socrates 5, 10.*

2) *cf. Orosius 7, 34, 7*: universae Gothorum gentes rege defuncto adspicientes virtutem benignitatemque Theodosii Romano sese imperio dederunt.

3) *Prosper ad a. p. C. 400*: Stilicone et Aureliano. Gothi Italiam Alarico et Radagaiso ducibus ingressi.

Romani super mare Ionio constituta ut in modum insulae influentium aquarum redun- XXIX
 datione concluditur¹⁾. habet ab oriente mare, ad quam qui recto cursu de Corcyra 149
 atque Hellade partibus navigatur, dextrum latus primum Epiros, dehinc Dalmatiam
 Liburniam Histriamque et sic Venetias radens palmula navigat²⁾. ab occidente vero
 5 habet paludes, per quas uno angustissimo introitu ut porta relicta est. a septentrio-
 nale quoque plaga ramus illi ex Pado est, qui Fossa vocitatur Asconis. a meridie 150
 item ipse Padus, quem Italiae soli fluviorum regem dicunt, cognomento Eridanus, ab
 Augusto imperatore latissima fossa demissus, qui septima sui alvei parte per mediam
 influit civitatem, ad ostia sua amoenissimum portum praebens, classem ducentarum
 10 quinquaginta navium Dione referente³⁾ tutissima dudum credebatur recipere statione.
 qui nunc, ut Favius ait, quod aliquando portus fuerit, spatiosissimus ortus ostendit 151
 arboribus plenus, verum de quibus non pendeant vela, sed poma. Trino si quidem
 urbs ipsa vocabulo gloriatur trigeminaque positione exultat, id est prima Ravenna,
 ultima Classis, media Caesarea inter urbem et mare, plena mollitiae harenaque minuta
 15 vectationibus apta.

Verum enim vero cum in eius vicinitate Vesegotharum applicuisset exercitus et ad XXX 152
 Honorium imperatorem, qui intus residebat, legationem misisset, quatenus si permit-
 teret, ut Gothi pacati in Italia residerent, sic eos cum Romanorum populo vivere, ut
 una gens utraque credere possit: sin autem aliter, bellando quis quem valebat ex-
 20 pellere, et iam securus qui victor existeret imperaret. sed Honorius imperator utraque
 pollicitatione formidans suoque cum senatu inito consilio, quomodo eos fines Italos

HPVLA S (12 Trino — 14 mare) *OBX (YZ)*. *Paulus h. R. 12, 13. 13, 8* (a 16 Verum).

1 mare ionium *AOB*, mari ionico *XZ*, mare ionicum *Y* ut] ut ** *V*, om. *AOBXYZ* in] ad
XYZ 2 mare om. *B^a* ad quam qui] *HPVA*, quam qui *L*, ad quod qui *OB*, ad quam quae *YZ*,
 ad quod *X* curso *O* 3 ellade *LOB* partibus] bis *O* nauigat** *V*, nauigat *AOB*
 dextro latere *A* lutus *O* ephiros *OB* dehinc] deinde *O*, dein *B* 4 uenietias *O* pal-
 mola *O* 5 paludens *L* augustissimo *B* septem[vel n]trionali *AOBXY* 6 quoque] uero *A*,
 om. *XYZ* uocitatur] *HPVAXZ*, uocatur *LBY*, uocator *O* 7 idem *OB* italiae soli] soli *O*,
 solum *B*, om. *Z* fluviorum om. *XYZ* heridanus *AOB* ab] qui ab *L* 8 altissima *OB*
 dimissus *AOXYZ* partem *LO* per om. *B* 9 ostia] osti *O* classium *O*, clasium *B*
 ducentarum *PL*, ducentorum *O*, ducentas *B* 10 naues *B* dione] elione *B* tutissimam *XY*
 credebatur] *AOBXY*, credebantur *HPVL* stationem *XYZ*, satione *O* 11 fauius] *HPVLAO*,
 fabius *BXY*: *malim* Ablabius quod] quas *H^a* fuerat *B* sp. (patiosissimus *O*, famo-
 sissimus *A^a*) ortus ostendit (ostenditur *A*) arboribus plenus] spaciosissimos hortos (hostos *B^a*) o. a. plenos *B*
 13 ipsa] ista *XY* tergeminaque *A* 14 cesaream *S*, cesaria *L*, cessarea *O*, cessuria *XYZ* plana
 mollities *A* que minuta (munuta *A*) om. *L^a* 15 apta uect. *L* 16 uerum om. *AXYZ*
 uero] uerum *O* in om. *B^a* eius] ei *O*, ea *B* uicinitatem *A*, ciuitate *OB* uuisigothorum *X*
 et om. *A* 17 imperantem *O* mississet *O*, mitteret *XYZ*, mittunt *A* quatenus] qua dominus
XYZ si] sibi *Gutschmid p. 126* 18 pagati *P* romano *L* ut] et *A* 19 credi *OBXY*
 posset *AOXY* sin] sic *X* autem] enim *XYZ* quem] que *PA*, que in *B* ualeret (ualaret *B^a*)
 expelleret *OB* 20 et] om. *A*: *malim* ut sed hon.] hon. *B*, scilicet *A* utraque pollici-
 tatione (pollititatione *P*)] *HPO*, utraque pollicitacionem *B*, utramque (utranque *X*) pollicitationem *VLAXY*
 21 cum] tum *HPV*, tum cum *A* in*ito *V* fines italos] finibus italicis *A*, extra fines italeos *B*,
 italis *X*, italicis *Y*

1) cf. *Cassiodorus var. 12, 24*: Venetiae . . . ab austro Ravennam Padumque contingunt, ab oriente
 iucunditate Ionii litoris perfruntur, ubi alternus aestus egrediens modo claudit, modo aperit faciem reciproca
 inundatione camporum: hic vobis aliquantulum aquatillum avium more domus est, namque nunc terrestris,
 modo cernitur insularis.

2) cf. *Vergilius Aen. 5, 162*: quo tantum mihi dexter abis? huc derige gressum, litus ama et laeva
 stringat sine palmula cautes.

3) loco *deperdito*.

XXX 153 expelleret, deliberabat. cui ad postremum sententia sedit, quatenus provincias longe
positas, id est Gallias Spaniasque, quas pene iam perdidisset Gizericique eas Vanda-
lorum regis vastaret inruptio, si valeret, Halaricus sua cum gente sibi tamquam lares
proprias vindicaret. donationem sacro oraculo confirmatam consentiunt Gothi hac or-
154 dinatione et ad patriam sibi traditam proficiscuntur. post quorum discessu nec quic- 5
quam mali in Italia perpetrato Stilico patricius et socer Honorii imperatoris — nam
utramque eius filiam, id est Mariam et Thermantiam, sibi princeps unam post unam
consocians utramque virginem et intactam deus ab hac luce vocavit — hic ergo Stilico
ad Polentiam civitatem in Alpes Cottiarum locatam dolose accedens, nihilque male
155 suspicantibus Gothis ad necem totius Italiae suamque deformitatem ruit in bello. quem 10
ex inproviso Gothi cernentes primum perterriti sunt, sed mox recollectis animis et, ut
solebant, hortatibus excitati omnem pene exercitum Stiliconis in fuga conversum us-
que ad internicionem deiciunt¹⁾ furibundoque animo arreptum iter deserunt et in
Liguria post se, unde iam transierant, revertuntur; eamque praedis spoliisque potiti
Emiliam pari tenore devastant Flamminiaeque aggerem inter Picenum et Tusciam us- 15
que ad urbem Romam discurrentes, quidquid in utrumque latus fuit, in praeda diri-
156 piunt. ad postremum Romae ingressi Halarico iubente spoliant tantum, non autem,
ut solent gentes, igne supponunt nec locis sanctorum in aliquo paenitus iniuria in-
rogare patiuntur²⁾. exindeque egressi per Campaniam et Lucania simili clade per-

HPV L A S (inc. 17 ad postremum) O B X (Y Z). Paulus l. c.

1 pelleret A loge O 2 hispaniasque ABXY iam pene OB perdidisset P, perdi-
dissent A gizericique] gysericique X, gisericique Y, zigericique L, cyzerici O, et gizerici B uan-
dolorum O 3 alaricus O passim sua cum] cum sua X tamquam] tantam O 4 proprias]
HPVLO, proprios ABXY donatone AOB sacra O oraculo] uelamine OB confirmata
LAOB consciunt B huic ordinationi A 5 patr. sibi traditam] traditam sibi traditam B^a, tr.
sibi patr. OB^b discessu] HPV, discessum LAOBXY quicquam] sic H et rel. 6 italia] ita O
perpetratum OB stilico patricius] istilico (istiloco A^a) patri (spatio ante istilico vacuo relicto et adscripto
'deest') A 7 eius filiam id est . . . 8 utramque om. A et thermantiam] edd., et hermantiam
HPVLXYZ, et ermantiam AO, et ermanciam B: Hermantia etiam Paulus 13 [14], 5 sibi] quas sibi
B 8 socians O, sociavit B uocavit] migravit OB istilico A^bO, istiloco A^a 9 pollen-
tiam XY, pollenciam B, poletiam A alpis O, alpius ABXY cottiarum LXY, cottidiarum B
dolose] dolore OX, dolo Y male] HPV L, mali AOBXY 10 supplicantibus O, suspicantibus B^a
bellum AOBXY 11 inproviso] inprovisu A, prouiso O primo OB et ut] ut et X, et Y^a
12 (h)ortationibus XYZ excicati O^b, ex*ati O^a pene] pone O istiliconis A, istiliconis P
fuga] HPV, fugam LAOBXY uersum XYZ 13 internicionem] H, internitione V, internitione P,
internitionem LOY, internecionem AB, internecionem X arreptum] erepto O: coeptum iter Paulus 12 [13], 27
14 liguria] H^b (li*** H^a) PVL, licuriam O, liguriam ABXY transierunt AXY eamque] eius B^a,
eiusque B^b praedi H, predae B^b spolisque O 15 et miliam P tinore O devastant
om. L flaminiaeque] HPV LXY, flaminiaeque AO, flaminiaeque B aggere L 16 romanam O
quidquid] HV, quicquid rel. in] inter B utroque latere A in praeda] in praedam O, ad pre-
dam L 17 romae] HPVSO, rom* L¹, romam ABL²XY regressi YZ autem] enim XYZ
18 igne] HV, ignem PLASOBXY loco S, loca O alico S iniuria] HV, iniuriam PLASOBXY
irrogate A 19 lucania] HV, lucaniam PLSBXY, luciniam AO

1) cf. Cassiodorus chron. ad a. 402: Pollentiae Stiliconem cum exercitu Romano Gothi victum acie fu-
gaverunt, mutans quae apud Prosperum reperit: Pollentiae adversus Gothos vehementer utriusque partis clade
pugnatum est.

2) cf. Cassiodorus chron. ad a. 410 ad Prosperi verba: Roma a Gothis Halarico duce capta addit: ubi
clementer usi victoria sunt. Idem var. 12, 20: exemplum . . . in historia nostra magna intentione retulimus.
nam cum rex Alaricus urbis Romae depraedatione satiatum apostoli Petri vasa suis deferentibus excepisset, mox
ut rei causam habita interrogatione cognovit, sacris liminibus deportari (reportari Orosius) diripientium mani-
bus imperavit, ut cupiditas, quae depraedationis ambitu admiserat scelus, devotione largissima deleteret exces-
sum. cf. Orosius 7, 39, 15: tertia die barbari quam ingressi urbem fuerant sponte discedunt facto quidem ali-
quantarum aedium incendio, sed ne tanto quidem, quanto septingentesimo conditionis eius anno casus effecerat.

acta Britios accesserunt; ubi diu resedentes ad Siciliam et exinde ad Africae terras XXX
 ire deliberant. Bryttiorum si quidem regio in extremis Italiae finibus australi inter-
 iacens parti — angulus eius Appinini montis initium fecit — Adriaeque pelagus ve-
 lut lingua porrecta a Tyrreno aestu seiungens nomen quondam a Bryttia sortitus re-
 gina. ibi ergo veniens Alaricus rex Vesegotharum cum opibus totius Italiae, quas 157
 in praeda diripuerat, et exinde, ut dictum est, per Siciliam ad Africam quietam pa-
 triam transire disponens. cuius, quia non est liberum quodecumque homo sine notu
 dei disposerit, fretus ille horribilis aliquantas naves submersit, plurimas conturbavit¹⁾.
 qua adversitate depulsus Halaricus, dum secum, quid ageret, deliberaret, subito in-
 matura morte praeventus rebus humanis excessit. quem nimia sui dilectione lugentes 158
 Busento amne iuxta Consentina civitate de alveo suo derivato — nam hic fluvi-
 us a pede montis iuxta urbem dilapsus fluit unda salutifera — huius ergo in medio alvei
 collecta captivorum agmina saepulturae locum effodiunt, in cuius foveae gremium Ha-
 larium cum multas opes obruunt, rursusque aquas in suo alveo reducentes, et ne a
 15 quoquam quandoque locus cognosceretur, fossores omnes interemerunt, regnumque
 Vesegotharum Ataulfo eius consanguineo et forma menteque conspicuo tradent;
 nam erat quamvis non adeo proceritate staturae formatus, quantum pulchritudine cor-
 poris vultuque decorus.

Qui suscepto regno revertens item ad Romam, si quid primum remanserat, more XXXI 159
 locustarum erasit, nec tantum privatis divitiis Italiam spolians, immo et publicis, im-
 peratore Honorio nihil resistere praevalente, cuius et germanam Placidiam Theodosii
 imperatoris ex altera uxore filiam ab urbe captivam abduxit. quam tamen ob generis 160
 nobilitatem formeque pulchritudine et integritate castitatis adtendens in Foro Iuli
 Aemiliae civitate suo matrimonio legitime copulavit, ut gentes hac societate conperta

H P V L A S (finit 10 humanis; incipit rursus 15 regnumque; finit 16 tradent) *O B X (Y Z)*. *Paulus l. c.*
 (ad 15 interemerunt) et 12, 15 (15 regnumque — 24 copulavit) et *hist. Lang. 2, 17* (4 nomen — regna).

1 brittios] *HLV*, bryttios *PV*, britios *BX*, bricios *ASO* resedentes] *HPV*, residentes *LAOBXY*,
 ressidentes *S* ad om. *A* et om. *OB* ad] in *XYZ*, om. *LA* africae terras ire del.] africae
 transire del. *A*, affricam transire del. *OB*, affricam (om. *rel.*) *S* 2 brittiorum *XYZ*, brictiosum *L*, bri-
 tiorum *OB*, briciorum *A*, bruciorum *S* regio] nacio *A* australi om. *SOB* 3 parti angulus]
 parte angulus *SO*, parte angulorum *B* appinini] *HPV*, apinnini *L*, appennini *AOBXY*, apennini *S*
 fecit] *HPVSOB*, facit *LAXY* pelagus uelut] pelagum ut *SOB* 4 lingua om. *L* tyrrino *O*
 bruttia *SO*, brittia *XYZ*, britia *LB*, bricia *A* sortitur *AB* 5 rex om. *SO* uesigotharum *L*,
 uuisigothorum *XYZ* opes *SO* 6 praedam *A* diripuerant *A^b* (-rat *A^a*) et om. *B* ad]
 in *SOB* quietram *H*, qui etiam *L*, quietam *O* 7 disponens] disponit *AB* quia] quam *XYZ*
 notu] *HPV*, nutu *rel.* 8 disposuerat *A^a* fretum illud horribile *ABXY* naue *A^a* 9 qua]
 qui *S*, quia *B* repulsus *B* dum] de *S* deliberat *A* 10 prouentus *P* exc. hum.
SOB sui om. *OB* 11 busento amne] basento amne *HPVLAXYZ*, barentum amne *OB*: Basentus
Paulus 13, 28 ex Iord. consentina ciuitate *HPV*, consentinam ciuitatem *LAOBXY* diruantur *O*,
 deriuantur *B* 12 montes *L* iuxta om. *L* fluit] fuit *P^aO* unda salutifera *H*, undam sa-
 lutiferam *O* alveo *OBXY* 13 collecto c. agmine *OBXY* loci *O* foueae *O*, foueo *B^a*
 gremium] gremio *ABXY*, medio *L* alarico *O*, alicum *B^a*, aliricum *B^b* 14 multis opibus (operibus *O*)
AOBXY subruunt *XYZ* aq. in suum alueum *AOXY*, in suum alueum aq. *B* et om. *AB*
 15 locus om. *OB* interimunt *L* 16 uuisigothorum *XYZ*, om. *A* athaulfo *X*, athaulfo *V^aLSOY*,
 athaulso *B* mente] mente *SO*, et mente *B* tradent] *HPVL*, tradunt *ASOBXY* 17 quam-
 uis om. *A* 19 reuertes *O* idem *O*, iterum *A*, recte opinor ad om. *AXY^a* remansit *A*
 20 lucustarum *P* pulicis *O* 21 resistere om. *A* germanum *H* placidam theodosio *O*
 22 imperatoris om. *A* ab om. *OB* catiuam *O* adduxit *L* 23 pulc(h)ritudinem *AOBXY*,
 pulcritudinem *L* integritate *P*, integritatem *AOBXY* iuli] libri, liuii editio *Basileensis* 24 ciui-
 tate] *OB*, ciuitatem *HPV*, ciuitatis *LXYZ*, ciuitat *A* ut] hac *A^a* gentis *OB* ac *O*

1) cf. *Orosius 7, 43, 12* (infra p. 103 not. 1).



- XXXI quasi adunatam Gothis rem publicam efficacius terrerentur, Honorioque Augusto quam-
vis opibus exausto tamen iam quasi cognatum grato animo derelinquens, Gallias ten-
161 dit. ubi cum advenisset, vicinae gentes perterritae in suis se coeperunt finibus con-
tinere, qui dudum crudeliter Gallias infestassent, tam Franci, quam Burgundiones.
e. vicinae gentes nam Vandali vel Alani, quos superius¹⁾ diximus permissu principum Romanorum⁵
utramque Pannoniam resedere, nec ibi sibi metu Gothorum arbitrantes tutum fore, si
162 reverterentur, ad Gallias transierunt²⁾. sed mox a Galliis, quas ante non multum
tempus occupassent, fugientes, Spanias se recluserunt, adhuc memores ex relatione
maiorum suorum, quid dudum Geberich Gothorum rex genti suae prestitisset incom-
modi vel quomodo eos virtute sua patrio solo expulisset. tali ergo casu Galliae¹⁰
163 Ataulfo patuere venienti. confirmato ergo Gothus regno in Gallis Spanorum casu
coepit dolere, eosque deliberans a Vandalorum incursibus eripere, suas opes Barcelona
cum certis fidelibus derelictas plebeque inbelle, interiores Spanias introibit, ubi saepe
cum Vandalis decertans tertio anno, postquam Gallias Spaniasque domuisset, occubuit
gladio ilia perforata Euervulfi, de cuius solitus erat ridere statura. post cuius mor-¹⁵
tem Segericus rex constituitur, sed et ipse suorum fraude peremptus ocus regnum
cum vita reliquit³⁾.
- XXXII 164 Dehinc iam quartus ab Alarico rex constituitur Valia nimis dstrictus et pru-
dens. contra quem Honorius imperator Constantium virum industria militari pollentem
multisque proeliis gloriosum cum exercitu dirigens, veritus, ne foedus dudum cum²⁰
Ataulfo inito ipse turbaret et aliquas rursus in re publica insidias moliretur vicinas
sibi gentes expulsas, simulque desiderans germanam suam Placidiam subiectionis

HPVLA S (11 confirmato — 17 reliqui; OBX (YZ). Paulus h. R. 13, 7 (19 virum — 20 gloriosum).

1 adunatam gothis (goths O) rem publicam] HPVLOXY, adunata g. re publica AB efficacis B^a
horioque a. L, honoriumque augustum AOBXY 2 operibus O exauctum OB, exhaustum AXY
tamen iam] iam tamen A, tamen OB cognato L delinquentes O, relinquens A galliam O^a
3 ubi] quo A uicinae] cuunae (sic) A fin. c(o)eperunt OB 4 qui] quae AOBXY cru-
deliter] fideliter B, om. L infestasset HVB^a tan A fanci B^a burgundiones] HPB, bur-
gundiones rel. 5 uel] et A alani] LAOBXY, alanti HPV permissu OB 6 utramque]
terramque L, utraque AOB pannonia AB residere AZ ibi sibi metum O, ibi metum sibi B,
sibi ibi metu X 7 reuertentur O ante] an A 8 fugentes B spania (hispania BXY) se
recluserunt OBY, spanias se (se om. L^a) recusserunt (recuserunt V) HPV, hispanias secedunt A ex
latione B^a 9 qui O dudum] dum A geberic A, geberig LYZ goth. rex] HPVLA, rex
goth. OBY gentis O^a 11 athaulfo LOB ueniente O, om. A confirmatis S go-
this SOB galliis XY hispanorum AB, hispaniorum XY casus L, casum A, caru O 12 do-
lore P^a que om. B^a a om. XYZ uandolorum O^a incurribus O suas opes] per
suas opes B, suis opibus A barcellona L, barchilonam B^a, barchilonam B^b, barchilonam XY 13 de-
relictis AXYZ, dilectus S, dilectis O, delectis B blebeque L, plebe XY inbelle] HVSOB, inbellae
P, inbello L, imbelli AXY interiore spania L, interiores hispanias ABXY introibit] HPV, introi-
uit LSOBX, introuit Y, intrat A saepe] cum saepe B 14 decertans] certatis A posquam O
hispaniasque ABXY 15 ilia (ilio SB, ilico O) perforata (perforatus XYZ, perforatè SO, perforato B)
eueruulfi (XYZ, eueruulfi HPL, ueruulfi SOB)] eueruulfi ilia perforatus A 16 sigericus S cum Orosio
aliique, regericus HPVLAOBXY instituitur A uitam cum regno OB 18 alarico] HPLO,
halarico rel. uualia L, ualias A distretus O 19 imperator om. L constantinum LOB
pollentem] sollentem XYZ 20 dirigit B cum om. O 21 athaulfo OB, ataulfo L inito]
HPL, inhitto V, inhitum A^bOBXY, inhitum (sic) A^a aliqua O molietur O uicinis sibi gentibus B,
uicinis gentibus A 22 expulsas] expulsis A, repulsas O, repulsis B suam pl. om. A

1) c. 22, 115.

2) cf. Isidorus Goth. laud. 68 (ex Cassiodorio opinor): Wandalica et ipsa crebro opinata barbaries non tantum praesentia eorum (Gothorum) exterrita quam opinione fugata est.

3) cf. Orosius 7, 43, 9: Segericus rex a Gothis creatus . . . a suis interfectus est.

obprobrio liberare, paciscens cum Constantio, ut, aut bello aut pace vel quo modo si XXXII
 eam potuisset ad suum regnum reducere, ei eam in matrimonio sociaret. quo placito 165
 Constantius obans cum copia armatorum et pene iam regio apparatu Spanias petit.
 cui Vallias rex Gothorum non cum minori procinctu ad claustra Pyrenei occurrit: ubi
 5 ab utraque parte legatione directa ita convenit pacisci, ut Placidiam sororem prin-
 cipis redderet suaque solacia Romanae rei publicae, ubi usus exegerit, non dene-
 garet¹⁾. eo namque tempore Constantinus quidam apud Gallias invadens imperium
 filium suum Constantem ex monacho fecerat Caesarem; sed non diu tenens regno
 10 Vienna²⁾. post quos item Iovinus ac Sebastianus pari temeritate rem publicam occu-
 pandam existimantes pari exitio perierunt³⁾.

Nam duodecimo anno regni Valiae, quando et Hunni post pene quinquaginta an- 166
 norum invasam Pannoniam a Romanis et Gothis expulsi sunt⁴⁾, videns Valia Vandalos
 in suis finibus, id est Spaniae solum, audaci temeritate ab interioribus partibus Gal-
 15 liciae, ubi eos fugaverat dudum Ataulfus, egressos et cuncta in praedas vastare, eo
 fere tempore, quo Hierius et Ardabures consules processissent⁵⁾, nec mora mox con-
 tra eos movit exercitum. sed Gyzericus rex Vandalorum iam a Bonifatio in Africam
 invitatus, qui Valentiniano principi veniens in offensa non aliter se quam malo rei
 publicae potuit vindicare. is ergo suis praecibus eos invitans per traiectionem angustia-

XXXIII
 167

HPVLA S (7 eo — 10 Vienna) *OB* (deficit 5 in pacisci folio deperdito) *X* (*YZ*).

1 opproprio *PV* . . . constantio] *A^bOXY*, constantino *HPVLA^aB* aut bello] si bello *A^a* uel]
 uex *PV^a* quoquomodo *ABXY* si *om. A* 2 potuisset *om. B* reducere] reuocare *O*, reuo-
 caret *B* matrimonium *AOBXY* 3 const. ouans *AXY*, ouans const. *L*, constantinus obans (ouans *B*)
OB armentorum *B* regno *B* apparatus *P* hispanias *AB*, hispaniam *XY* 4 uallias]
HPV, uallias *L*, ualias *A*, ualia *OBY* rex gothorum *om. A* cum *om. OB* procinctu] pro *O*
 clastra *L* perinei *O*, pinerei *B*, pyrinei *X* 5 sor. pr. *om. A* 6 ubi usus] ob iussus *O*
 exegerit] *HPV*, exegeret *L*, exigeret *AXY*, exegere *O* negaret *A* 7 constantius *L* 8 mo-
 nachum *O* fecerat] fecit *L* cessare *O* diu *om. L* regno praesumpto] *HPVL*, regnum
 (imperium *Y*) praesumptum *SOXY*, praesumptum regnum *A* 9 foederatis gothis romanisque (que *om. A*)
ASOXY arelato *O*, arelate *Z*, arelati *A* uero *om. A* eius] suus *XYZ* 10 ac *om. A*
 seuastianus *O* 11 pari exitio *om. L* 12 duodecim annis regna *X* quando] quomodo *XYZ*
 huni *AO* annos *AXY* 13 inuasam pannoniam] *HPVLO*, inuasa pannonia *AXY* goths *O*
 expulsi] expul *L* ualias *A* 14 suos fines *A* id est *om. L* hispaniae *AXY* solum]
HPVLA, soli *O*, solo *XY* audatie *O* galliae *LO*, galathe *A* 15 ubi] quo *A* dud. fug. *A*
 athauulfus *XY*, athauulfus *O*, diaulfus *L* egressos] *AXY*, egressus *HPVLO* cuntas *O* prae-
 das] *HPVAOXY*, praeda *L* 16 fere] uero *O* processissent] excessissent *O* 17 gyzericus]
HPVLX^bZ, gizericus *AOY*, gezericus *X^a* a *om. O* bonifatio] *HP*, bonifacio *rel.* africa *L*
 18 qui] qua *O* ualentiniano *O* offensam *A* 19 potuit *om. O* his *O* eos *om. O*
 traiectionem *O^a*, traiectionem *O^b* angustiarum] *A*, congustiarum *HPVLXY*, congustiarum *O*

1) cf. *Orosius* 7, 43, 12: Vallia . . . pacem optimam cum Honorio imperatore . . . pepigit: Placidiam imperatoris sororem . . . fratri reddidit: Romanae securitati periculum suum obtulit, ut aduersus ceteras gentes, quae per Hispanias consedisent, sibi pugnaret et Romanis vinceret.

2) cf. *Marcellinus ad a. 411*: Constantinus apud Gallias inuasit imperium filiumque suum ex monacho Caesarem fecit. ipse apud Arelatum civitatem occiditur, Constans filius apud Viennam capite plectitur. cf. *Orosius* 7, 40, 4. 7; 42, 3. 4.

3) cf. *Marcellinus ad a. 412*: Iovinus et Sebastianus in Gallias tyrannidem molientes occisi sunt. cf. *Orosius* 7, 42, 6.

4) cf. *Marcellinus ad a. 427*: Pannoniae, quae per 1 annos ab Hunnis retinebantur, a Romanis receptae sunt.

5) a. p. C. 427. cf. *Prosper et Cassiodorus chron. ad h. a.*: gens Vandalorum [a Gothis exclusa ad- didit *Cassiod.*] de Hispaniis ad Africam transit.

XXXIII rum, qui dicitur fretus Gaditanus et vix septem milibus Africam ab Spaniis dividet
 168 ostiaque maris Tyrreni in Oceani estu egeritur, transposuit. erat namque Gyzericus
 iam Romanorum clade in urbe notissimus, statura mediocris et equi casu claudicans,
 animo profundus, sermone rarus, luxoriae contemptor, ira turbidus, habendi cupidus,
 ad sollicitandas gentes providentissimus, semina contentionum iacere, odia miscere
 169 paratus. tali Africa] rem publicam praecibus Bonifatii, ut diximus, invitatus intravit,
 ubi a divinitate, ut fertur, accepta auctoritate diu regnans, ante obitum suum filiorum
 agmine accito ordinavit, ne inter ipsos de regni ambitione intentio esset, sed ordine
 quisque et gradu suo, alii si superviveret, id est, seniori suo fieret sequens successor
 et rursus ei posterior eius. quod observantes per annorum multorum spatia regnum
 170 feliciter possiderunt, nec, ut in reliquis gentibus adsolet, intestino bello foedati sunt,
 suoque ordine unus post unum regnum excipiens in pace populis imperavit. quorum
 ordo iste ac successio fuit: primum Gyzericus, qui pater et dominus, sequens Hune-
 ricus, tertius Gunthamundus, quartus Thrasamundus, quintus Ilderich. quem malo
 gentis suae Gelimer inmemor atavi praeceptorum de regno eiectionem et interemptum
 171 tyrannide praesumpsit. sed non ei cessit impune quod fecerat. nam mox Iustiniani
 imperatoris ultio in eum apparuit et cum omne genus suum opibusque, quibus more
 praedonis incubabat, Constantinopolim delatus per virum gloriosissimum Belesarium
 mag. mil. Orientalem, exconsolem ordinarium atque patricium, magnum in circo po-
 pulo spectaculum fuit seraque suae paenitudinis gerens cum se videret de fastigio
 172 regali deiectionem, privatae vitae, cui noluit famulari, redactus occubuit. sic Africa,
 quae in divisione urbis terrarum tertia pars mundi describitur¹⁾, centesimo fere anno
 a Vandalico iugo erepta in libertate revocata est regni Romani, et quae dudum
 ignavis dominis ducibusque infidelibus a rei publicae Romanae corpus gentilis manus

HPVLAOX(YZ).

1 qui] quod O fretum gaditanum AXY hispanis XY dividet] HPV, diuidit rel.
 2 hostiumque A tyrenni V, tirrinni O estu] HPVLO, aestum AXY egeritur] egeretur O,
 erigitur LXYZ gezericus O 3 iam] *** iam H clade om. XY orbe AXYZ 4 ra-
 tus O luxoriae] H, luxorie O, luxoriae rel. habendi] habidi O 6 tali africa] HPV, tali afri-
 cae OXZ, talis africae AY, tali africam L bonifacii ut dix. A, ut dix. bonifatii L 7 a] ad O
 ut f. a. auct. om. O filiorum] fil. suorum A 8 agmen accitum O rigni O intentio] conten-
 tio A, om. O 9 alii si] aliis O superuui.] puer uiu. XY suo] suo filio XYZ 10 eius] ei eius O
 11 possiderunt] HPV, possederunt AXY, posserunt O ut] quod O in om. A intestino] in-
 testimonio O 12 suscipiens regnu O imperarunt O 13 ac successio] accensio L primus
 XY gigericus O 14 guntamundus A, gundamundus O, gunthamundus XYZ trasamundus
 AOY, transamundus L, thrasimundus Z, thramundus X ilderich] HPV, hilderich LO, hilderic A, hil-
 dericus XYZ quem] que A 15 gentes O regno] gno A eiectio et interempto (-tu O^a)
 O, delectio et eo interempto A 16 tyrannidem AOY eis cessit O, excessio XY mox om. O
 17 ultio (*ltio H^a) in eum] HPLXY, ultionem VO, ultio in eo A omni gente sua XY, omni genere
 suo A 18 incumbabat A belisarium A 19 exconsolem] HPV, exconsulem L, ex consule A,
 et consulem OXY patrium A magnam A in circo L, iccirco X populi A, om. XYZ
 20 spectaculum] expectatum O seraque suae paenitudinis (plenitudinis O)] seramque penitudinem A
 fastidio L 21 familiari LO 22 orbis LAOXY ferre L anno om. A 23 a om. O
 erepta] ereptate H libertatem AOXY est] est in O romanorum A quam A 24 ig-
 nauis] ab in ignavis O dominis (dominus L) ducibusque infid.] dominis ducibus fid. O, ducibus domi-
 nisque infid. XYZ a om. XYZ corpus] corpore AXY

1) cf. *Marcellinus ad a. 534*: provincia Africa, quae in divisione orbis terrarum a plerisque in parte tertia posita est, volente deo vindicata est. *videantur Orosius 1, 2, 83, item Cod. Iust. 1, 27, 1 pr. et Cassiodorius var. 11, 13, denique praefatio nostra.*

abstulerat, a sollerte domino et fideli ductore nunc revocata hodieque congaudet. XXXIII
 quamvis et post haec aliquantulum intestino proelio Maurorumque infidelitate adtrita
 sese lamentaverit, tamen triumphus Iustiniani imperatoris a deo sibi donatus, quod
 inchoaverat, ad pacem usque perduxit. sed nobis quid opus est, unde res non exegit,
 5 dicere? ad propositum redeamus.

Vallia si quidem, rex Gothorum, adeo cum suis in Vandalos saeviebat, ut vo- 173
 lisset eos etiam et in Africa persequi, nisi eum casus, qui dudum Halarico in Africa
